Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleyſon.
Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon.

Pater noſter, &c.

Canticum B. Mariæ Virginis.
Lucæ 1.

MAgnificat anima mea Dominum. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius à progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael Puerum ſuum: recordatus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locutus eſt ad Patres noſtros: Abraham & ſemini eius in ſæcula.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: Sicut erat in principio & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculo.

℣. Aue gratia plena Dn̄s tecum.
℟. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tu
℣. Elegit eam Deus & præelegit e
℟. In tabernaculo suo habitare fecit eam.
℣. Adiuuabit eam Deus vultu suo
℟. Deus in medio eius non commouebitur.
℣. Specie tua & pulchritudine tu
℟. Intẽde prospere ꝓcede & regn
℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.
℣. Dignare me laudare te virgo sacrata.
℟. Da mihi virtutẽ cõtra hostes tuos
℣. Ora ꝓ nobis sancta Dei genitrix
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Domine exaudi orationem meā
℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

Domine Iesu Christe verbum Patris, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, qui ad reperandam abiectionis nostræ ruinam in purissimis intemeratæ Virginis visceribus, frater & caro nostra fieri dignatus es, te supplices exoramus, vt ipsius precibus & meritis inueniamur apud te semper & castitate nitidi, & charitate ferventes. Qui viuis & regnas, &c.

ANTIPHONÆ AD B. Mariam Virginem.

A Dominica Aduentus vsque ad Purificationem exclusiuè.

Alma redemptoris mater, quæ peruia cæli porta manẽs, & stella maris, succurre cadenti, Surgere qui curat populo, tu quæ genuisti natura mirante tuum sanctum genitorem, Virgo prius ac posterius, Gabrielis ab ore, sumens illud aue peccatorum miserere.

In Aduentu.

℣. Angelus Domini nunciauit Mariæ:
℟. Et concepit de Spiritu sancto.

ORATIO.

GRatiam tuam quæsumus Domine mentibus nostris infunde, vt qui Angelo nunciante Christi Filii tui incarnationem cognouimus, per Passionem eius, & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur.

Post Natiuitatem.

℣. Post partum virgo inuiolata permansisti.

℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

ORATIO.

DEus qui salutis æternæ B. Mariæ virginitate fœcunda humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus autorem vitæ suscipere. Iesum Christum Filium tuum, Amen.

A Purificatione vsque ad Feriam quartam in Cœna Domini exclusiuè.

Antiphona.

AVe Regina cælorum.
Aue Domina Angelorum.
Salue radix sancta.
Ex qua mundo lux est orta.
Gaude Gloriosa.
Super omnes speciosa.
Vale ô valdè decora.
Et pro nobis semper Christum exora.

℣. Dignare me laudare te virgo sacrata:

℟. Da mihi virtutē contra hostes tuos.

ORATIO.

COncede misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium, vt qui sanctæ Dei Genitricis memoriā agimus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum Filium tuum.

Tempore Paschali vsque ad Octauam Pentecostes exclusiuè.

Antiphona.

REgina cæli lætare, alleluia.
Quia quē meruisti portare alleluia
Resurrexit sicut dixit, alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia.

℣. Gaude & lætare Virgo Maria Alleluia:

℟. Quia surrexit Dominus verè Alleluia.

ORATIO.

DEus qui per Resurrectionem Filii tui Domini nostri Iesu Christi mundum lætificare dignatus es: præsta quæsumus, vt per eius genitricem Virginẽ Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eundẽ Christum Filium tuũ, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Ab Octaua Pentecostes vsque ad Aduentum exclusiuè.

Antiphona.

SAlue Regina Mater misericordiæ. Vita dulcedo & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filii Euæ, Ad te suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle, Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, Et IEsum


benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens. O pia. O dulcis virgo Maria.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

OMnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ Virginis Mariæ corpus & animam, vt dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante præparasti, da vt cuius commemoratione lætamur, eius pia intercessione ab instantibus malis, & à morte perpetua liberemur. Per eundem Christum Filium tuum qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.



LITANIÆ DE sanctis Angelis.



A Sanctis Angelis auxilium quærendum est, & ocultis suspiriis, & frequentia lachrymarum, vt illi supereminenti Maiestati preces nostras offerant, & gratias referant, quia administratorii spiritus sunt propter nos, vt hæreditatem capiamus salutis. Bern.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Pater de cœlis Deus, omnium conditor Spirituum, Miserere nobis.

Fili Redemptor mūdi Deus, in quem desiderant Angelorum ordines prospicere, Miserere nobis

Spiritus sancte Deus, fœlicitas supernarum mentium, Miserere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus, gloria sanctorum Angelorum, Miserere nobis.

Sancta Maria Regina Angelorum, Ora pro nobis.

Sancta Maria Archangelorum dulcedo.
Sancta Maria virtutũ suauitas.
Sancta Maria thronorum lætitia.
Sancta Maria Dominationum flagrantia.
Sancta Maria potestatum gaudium.
Sancta Maria principatũ decus.
Sancta Maria Cherubin Domina.
Sancta Maria Seraphin Princeps.
Sancte Michael Princeps Angelorum pacis.
Sancte Michael princeps Ecclesiæ.
Sancte Michael præliator fortissime.
Sancte Michael victor Draconis antiqui.
Sancte Michael, qui populo Dei semper defensor fuisti.
Sancte Michael, qui Luciferum cum complicibus rebellibus de cælo deturbasti.
Sancte Michael, qui accusatorem fratrum nostrorum in profundum infer-

Ora pro nobis.

inferni deiecisti.
Sancte Michael animarũ susceptor.
Sancte Michael inductor in Paradisum exultationis.
Sancte Michael solatium fidelium.
Sancte Michael protector te colentium.
Sancte Gabriel qui Danieli diuinam visionem patefecisti.
Sancte Gabriel qui Ioannis Baptistæ ortum & ministerium prænunciasti.

Ora pro nobis.

Sancte Gabriel qui Incarnationis verbi diuini nuncius extitisti.
Sancte Gabriel custos B. Virginis Mariæ.
Sancte Gabriel minister Christi fidelis.
Sancte Raphael Angele salutis.
Sancte Raphael vnus ex septem Angelis qui assistunt ante Dominum.
Sancte Raphael Ananiæ magne fili.
Sancte Raphael Thobiæ ductor & reductor fidelissime.

Ora pro nobis.

Sancte Raphael dæmonis fugator sapientissime.
Sancte Raphael oblator orationum ante Dominum.
Sancte Raphael cœcitatis expulsor efficacissime.
Sancte Raphael adiutor in tribulationibus.
Sancte Raphael consolator in angustiis.
Sancte Raphael Tobiæ senioris illuminator optime.
Sancte Raphael gaudium faciens deuotè tibi seruientibus.

Ora pro nobis.

Sancti Angeli electos Dei conseruantes.
Sancti Angeli dignissimi munera cælestia deferentes.
Sancti Angeli præclarissimi regna terræ custodientes.
Sancti Angeli nobilissimi Principatus protegentes.
Sancti Angeli prudentissimi Dominos & Reges peculiari cura regentes.

Orate pro nobis.

Sancti Angeli fortissimi dæmonis potentiam comprimentes.

Sancti Angeli fidelissimi Dei ministri, homines custodientes.

Sancti Angeli dulcissimi hominũ malitiam temperantes.

Sancti Angeli benignissimi in conuersione peccatorum lætantes.

Sancti Angeli pijssimi bona omnium mortalium Deo præsentantes.

Sancti Angeli Nuncij præstantissimi Apostolis occurrentes. Orate pro nobis.

Sancti Angeli potentissimi Ecclesiam Dei defendentes. Orate pro nobis.

Vos sancti omnes Angeli ante thronum Dei seruientes. Custodite nos.

Per nobilissima naturæ vestræ diuina munera. Illuminate nos.

Per virtutem vestram nobis ineffabilem. Protegite nos.

Per voluntatum vestrarũ ardentissimam charitatem. Defen-

Defendite nos.
Per gloriam & beatitudinẽ vestram, Dirigite nos.
Christe beatitudo Angelorum.
Christe Decus cœlestium Spirituum.
Christe splendor supernorum exercituum.
Per Cherubin lignum vitæ custodientium.
Per Angelum humiliantem Agar sub manu dominæ suæ.
Per Angelos prædicantes ortum Isaac.
Per Angelum immolationem Isaac prohibentem.
Per Angelum benedictionem tuam Abrahæ denunciantem.
Per Angelos ascendentes & descendentes super scalam Iacob.
Per Angelos Loth è medio peccatorum educentes.
Per Angelos diuinam legem Moysi tradentes.
Per sanctos Angelos iugiter Deo Sanctus, Sanctus, Sanctus concinentes.

Te rogamus audi nos.

Per Angelum ortum Ioannis Baptistæ prædicentem.
Per Angelos natiuitatem tuam pastoribus nunciantes.
Per Angelorum multitudinem simul laudantium te, & dicentium Gloria in excelsis Deo.
Per Angelos tibi in deserto ministrantes.
Per Angelum te in agonia confortantem.
Per Angelos iuxta sepulchrum tuum in albis sedentes.

Per Angelos te in cœlum ascendente Discipulis apparentes.
Per Angelum Lazari animam in sinu Abrahæ deportantem.
Per Angelos hostiũ exercitus frequenter dissipantes.
Per Angelos sanctos Martyres in tormentis consolantes.
Archangele Michael veniens in adiutorium populo Dei.
Archangele Gabriel protege nos. Te rogamus

Te rogamus audi nos.

mus audi nos.
Archangele Raphael liberans nos, Te rogamus audi nos.
Kyrie eleyson.
Christe eleyson.
Kyrie eleyson.
Pater noster, &c.

ORATIO.

DEus qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius: vt quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

ALTERA LITANIA DE ANGELIS S.

KYrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Saluator mundi, Adiuua nos.
Pater de cœlis Deus, Mise.
Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Mise.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancte Michael, Ora
Sancte Gabriel, Ora

Sanċte Raphael. Ora.
Ciues supernæ Hierusalē.
Ministri omnipotentis Dei.
Serui sapientissimi Salomonis.
Pincernæ summi Regis.
Nuncij Dei fidelissimi.
Custodes nostri vigilantissimi.
Medici nostri peritissimi.
Fortitudines Dei.
Confortatores nostri validissimi.
Hæroes inclyti.
Prædicatores pacis.
Currus Israel & aurigæ.

Orate pro nobis.

Milites

Milites Dei nobilissimi.
Adiutores laborantium.
Protectores quiescentiū.
Prouisores necessitatum.
Conserui nostri.
Principes Regnorum.
Præsides Ecclesiarum.
Socij itineris nostri.
Animarum nostrarum ad Deum delatores.
Mentium nostrarum ad Deum eleuatores.
Generis humani amatores.
Orationum nostrarum ad Deum præsentatores.
Triumphatores egregij.

Orate pro nobis.

Comi-

Comites peregrinationis
nostræ.
Prouocatores ad pœnitentiam.
Hierarchiæ cœlestes.
Intercessores nostri.
Patroni Christianorum.
Amici Apostolorum.
Auxilia Martyrum.
Aurore Confessorum.
Custodes Virginum.
Castra Dei.
Consolatores nostri.
Seperantes malos de medio iustorum.
Omnes sancti Angeli, & Archangeli.

Omnes sancti beatorum Spirituum ordines, Orate pro nobis.
Propitius esto, Parce nobis Domine.
Propitius esto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.
Ab omni periculo, Libera nos Domine.
Per intercessionem omnium Angelorum. Libera nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis pecca mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis pecca mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson.

Pater noster, &c.

℣. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus:

℟. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo Domine.

℣. Domine exaudi orationẽ meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO EX OSORIO, ad Angelos.

O Beati serui Salomonis, qui ei semper assistitis: pincerneque eius ne obliuiscamini Ioseph in carcere positi, suspirantis pro libertate filiorum Dei. O diuini consiliarii dissoluite consiliũ Achitophel, ne pauper Dauid pereat. O diuini exploratores: qui videtis faciem Patris estote duces nostri: Iam videmus per fidem terram promissam introducite nos in eam, expugnatis hostibus nostris, ne pereamus in deserto. Tollite iam gladium de ostio paradisi, & illũ in fauorem nostrum conuertite, vt possimus edere de ligno vitæ. Iam Nuncium pacis tulistis, dicentes: In terra pax. Immitite ergo gladium in vaginam.

Altera eiusdem Oratio.

O Serui Salomonis, exite obu[illegible] Arcæ testamenti Ecclesiæ Dei[illegible] cite illam in sancta sanctorum, [illegible] Deus videtur facie ad faciem, [illegible] cite & reducite Thobiam, vt i[illegible] lumis redeat ad Patris domum[illegible] ripite à deuoratione piscis, dæ[illegible] nium alligate & compescite: de[illegible] dite animam inter pericula ver[illegible] tem. vt custodistis Iudith eunte[illegible] commorantem, & reuertente[illegible] quam coinquinari non permisi[illegible] sed victricem reportastis. Per Christum Dominum nostrum, Amen.



LITANIA AD SANCTVM IOANNEM Baptistam.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Saluator mundi, Adiuua nos.
Pater de cœlis Deus, Mise.
Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Mise.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.

Sancte Ioanes.
Sancte Baptista.
Fili Zachariæ.
Nate Elizabet.
Præcursor Iesu Christi.
Conteraneæ nostri Saluatoris.
Patrine nostri Redemptoris.
Angele Dei.
Plusquam Propheta.
Signum venientis gratiæ.
Præco Christi.
Lucerna lucens & ardẽs.
Præparator viarum Christi.
Zelator honoris Dei.

Initium noui testamenti.
Paranimphe gratiæ Diuinæ.
Magne coram Domino.
Amice Sponsi.
Misse à Deo.
Ostensor Agni immaculati.
Præcipuè seruorum Dei.
Supergrediens omnes Natos mulierum.
Beatissime Elia.
Aquila grandis.
Testis Iesu Christi.
Restitutor vocis Zacharię.
Mõnstrum pœnitentiæ.
Præpotens Martyr.

Ora pro nobis.

Cultor Eremi.
Magister pœnitentium.
Tuba salutaris.
Vniuersalis mundi precator.
Innocens Abel.
Gaudium multorum.
Redargutor scelerum.
Magne Propheta.
Propitius esto, Parce nobis Domine.
Propitius esto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.
Per merita beati Præcursoris, Libera nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson.
Christe eleyson.
Kyrie eleyson.

Pater noster, &c.

℣. Inter natos mulierum:
℟. Non surrexit maior Ioanne Baptista.

℣. Fuit homo missus à Deo:
℟. Cui nomen erat Ioannes.

ORATIO.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, vt familia tua per viam salutis incedat, & Beati Ioannis præcursoris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit, secura perueniat, Dominum nostrũ Iesum Christum Filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

LITANIA AD SANCTOS APOSTOLOS.

KYrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Saluator mundi,
Adiuua nos.
Pater de cælis Deus, Mis.
Fili Redemptor mũdi Deus,
Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Mis.
Sancta Trinitas vnus Deus,
Miserere nobis.
Sancta Maria,
Ora pro nobis.
Omnes sancti Angeli & Archangeli, Orate.
Sancte Ioannes Baptista,
Ora pro nobis.
Sancte Petre, Ora.
Sancte Paule, Ora.
Sancte Andrea, Ora.

Sancti Apoſtoli Domini.
Præcones altiſsimi.
Seminatores verbi Dei.
Paſtores ouium Chriſti.
Fratres Ieſu Chriſti.
Tubæ cæleſtes.
Fundamenta Eccleſiæ.
Lumina mundi.
Immobiles petræ.
Patres noui teſtamenti.
Singulares amici Dei.
Ianitores Cæli.
Summi Sacerdotes.
Maximi Theologi.
Vicarij Ieſu Chriſti.
Exempla virtutum.
Lucerne Fidei.

Orate pro nobis.

Diſpen-

Diſpenſatores myſteriorum Dei,
Fundatores Eccleſiarum.
Doctores gentium.
Iudices ſæculi.
Aulici Ieſu Chriſti.
Scribæ doctiſsimi.
Architecti Eccleſiæ Dei doctiſsimi.
Præfecti aulæ ouium prudentiſsimi.
Candelabra aurea.
Sagittæ Dei acutæ.
Portæ cæleſtes.
Principes Eccleſiarum.
Piſcatores hominum.
Clauigeri regni cælorum.

Orate pro nobis.

 Re-

Reges Christianorum.
Columnæ Ecclesiæ.
Conserui Angelorum.
Filij Patriarcharum.
Successores Prophetarũ.
Præuij Martyrum.
Magistri Confessorum.
Exempla Virginum.
Intercessores peccatorũ.

Orate pro nobis.

Propitius esto,
Parce nobis Domine.
Propitius esto,
Exaudi nos Domine.
A morte secunda,
Libera nos Domine.
A morbo mentis & corporis,
Libera nos Domine.

Per merita omnium Apostolorum, Libera nos Dñe.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson.
Christe eleyson.
Kyrie eleyson.
Pater noster.

℣. In omnem terrã exiuit sonus eo
℟. Et in fines orbis terræ verba eo
℣. Annunciauerunt opera Dei
℟. Et facta eius intellexerunt.

ORATIO.

DEVS qui nos per beatos Apo-stolos tuos ad agnitionem tui no-minis venire tribuisti : da nobis e-orum gloriam sempiternam, & proficiendo celebrare, & celebran-do proficere. Per Christum Do-minum nostrum, Amen.

Infirmitatem & fragilitatem no-stram quæsumus DOmine propi-tius respice, & mala omnia quæ iu-ste meremur: Sanctorum Aposto-lorum tuorum intercessione pla-catus auerte.

Protege Domine populum tuum, & Apostolorum tuorum: Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum

patro-

patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua. Per eundem Christum Dominum nostrum, A.

LITANIA
DE SANCTIS MARTYRIBVS.

KYrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Saluator mundi,
Adiuua nos.
Pater de cœlis Deus, Mis.
Fili Redemptor mũdi Deus,
Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Mis.
Sancta Trinitas vnus Deus,
Miserere nobis.

 San-

Sancta Maria, Or
Sancte Stephane, Or
Sancte Laurenti, Ora
Sancte Georgi, Ora
Martyres Christi.
Victimæ Domini.
Athletæ fortissimi,
Testes veritatis,
Protectores Catholicæ Fidei.
Palmites Ecclesiæ.
Imitatores Dominicæ Passionis.
Stella maris.
Lucidiores Sole:
Clariores Luna.
Pulchriores Saphiro:

Orate pro nobis.

Despe-

Despectores carnis propriæ.
Fortes in bello.
Perempti ferro.
Exusti flammis.
Mancipati vinculis.
Obruti lapidibus.
Cruciati patibulo.
Discerpti à Leonibus.
Suffocati aquis.
Patientes in tribulatione.
Decorati proprio sanguine.
Sequaces Apostolorum.
Fratres Confessorum.
Margarithæ Christianorum.

Orate pro nobis.

Propi-

Propitius esto,
Parce nobis Domine.
Propitius esto,
Exaudi nos Domine.
Ab ira tua, Libera nos Dñe.
Ab insidijs diaboli, Libera.
A peccato mortali, Libera.
A spiritu fornicationis,
Libera nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,

Miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson.
Christe eleyson.
Kyrie eleyson.
Pater noster, &c.

℣. Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione:
℟. Et lauerunt stollas suas in sanguine Agni.
℣. Exultabunt sancti in gloria:
℟. Letabuntur in cubilibus suis.

ORATIO.

PRæsta quæsumus Omnipotens Deus, vt qui gloriosos Martyres, fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus.

Adesto quæsumus Domine populo tuo, cum sanctorum tuorum Martyrum patrocinio supplicanti: vt quod propria fiducia non præsumit, sufragantium meritis consequatur.

Domine Iesu Christe, qui fortissimos tuos athletas, corona Martyrum decorasti. Da nobis quæsumus: vt qui eorum memoriam passionis agimus, passionis quoq; tuæ remedia consequamur.

LITANIA AD SANCTVM STANISLAVM Episcopum Crac.

KYrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Christe audi nos.

Christe exaudi nos.
Saluator mundi,
Adiuua nos.
Pater de cœlis Deus, Mis.
Fili Redemptor mundi De9,
Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Mise.
Sancta Trinitas vnus Deus,
Miserere nobis.

Sancta Maria.
Sancte Adalberte.
Sancte Stanislae.
Pater patriæ.
Pastor bone.
Decus Polonorum.
Patrone Christianorum.
Præsul plebis Cracouiæ

Ora pro nobis.

Excitator mortuorum.
Confortator Catholicorum.
Defensor pauperum.
Pater viduarum.
Redemptor captiuorum.
Liberator oppressorum.
Decor morum.
Extirpator Hæreticorum.
Gemma Sacerdotum.
Illustrator deuotorum.
Curator animarum.
Ebur castitatis.
Odoriferum Balsamum.
Prædicator veritatis.
Athleta Christi gloriose.
Rosa Patientiæ.

Ora pro nobis.

Reme-

Remedium aduersus Hæreticos.
Sacerdos Iesu Christi.
Hidria optimo vino plena.
Doctissime Nathan.
Imitator Ioãnis Baptistæ.
Vir inclyte.
Vir deuote.
Vexillũ contra inimicos.
Adiutor Regũ nostrorũ.
Apostole Polonorum.
Popularis noster.

Ora pro nobis.

Propitius esto,
Parce nobis Domine.
Propitius esto,
Exaudi nos Domine.

Ab

Ab ira tua, Libera nos Dñe.
A fulgure & tempeſtate,
Libera nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.
Pater noſter, &c.

Glo-

℣. Gloria & honore coronaſti eum Domine:
℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.
℣. Poſuiſti Domine ſuper caput eius:
℟. Coronam de lapide precioſo.

ORATIO.

DEVS pro cuius honore glorioſus Pontifex Stanislaus, gladiis impiorũ occubuit, præſta quæſumus, vt omnes, qui eius implorant auxilium, petitionis ſuæ conſequantur effectum.

Populum tuum quæſumus Domine intercedente Beato Stanislao glorioſo Martyre tuo atque Pontifice, vngue tuæ virtutis potenter defende: & Solem tuæ Maieſtatis irreuerberato mentis radio, glorianter intueri concede. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

LITA-

LITANIA AD SANCTOS Confessores.

KYrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Saluator mundi,
Adiuua nos.
Pater de cælis Deus, Mis.
Fili Redemptor mũdi Deus,
Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Mis.
Sancta Trinitas vnus Deus,
Miserere nobis.
Sancta Maria, Ora.
Sancte Syluester, Ora.

Sancte Gregori, Ora.
Sancte Hyacincte, Ora.
Sancti Confessores.
Amici Dei.
Viua templa Spiritus S.
Viri sine querella.
Lapides preciosi.
Lumina Ecclesiæ.
Oliuæ fructiferæ in domo Dei.
Flores virtutum.
Magni coram Domino.
Ciues sanctorum.
Domestici Dei.
Auroræ diescentes.
Exempla perfectionis.
Lucernæ deuotionis.

Orate pro nobis.

Imitatores Iesu Christi.
Luminaria magna.
Homines Dei dilecti.
Viri misericordiæ.
Serui Dei, boni & fideles.
Veri Israelitæ.
Viri magni virtute.

Orate pro nobis.

Propitius esto,
Parce nobis Domine.
Propitius esto,
Exaudi nos Domine.
A mortali peccato,
Libera nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.
Pater noster, &c.
℣. Iustos deduxit Dñs per vias rectas:
℟. Et ostendit illis regnum Dei.

ORATIO.

DA quęsumus omnipotens Deus, vt beatorum Confessorum tuorũ, veneranda cõmemoratio, & deuotionem nobis augeat & salutem. Per Christum Dñm nostrum, Am̃.

LITANIÆ BEATISSIMI PATRIS FRANCISCI.



KYrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.

Saluator mundi,
Adiuua nos.
Pater de cælis Deus, Miſ.
Fili redemptor mundi Deus,
Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſ.
Sancta Trinitas vnus Deus,
Miſerere nobis.
Sancta Maria,
Ora pro nobis.
Sancte Franciſce Pater amabilis,
Pater admirabilis,
Pater benigne,
Pater venerabilis,
Vexillifer Ieſu Chriſti,
Eques Crucifixi,
Impetra nobis gratiam.

Imitator filij Dei,
Seraphin ardens,
Fornax charitatis,
Arca sanctitatis,
Vas puritatis,
Forma perfectionis,
Norma iustitiæ,
Speculum pœnitentiæ,
Prodigiorum mirabilis,
Magister obedientiæ,
Exempla virtutum,
Patriarcha pauperum,
Cultor pacis,
Profligator criminum,
Lumen patriæ,
Decus morum,
Fugator dæmonum,

Impetra nobis gratiam.

Viuificator mortuorum,
Saturator famelicorum,
Obsequium leprosorum,
Preco magni Regis,
Forma humilitatis,
Consors sublimitatis,
Victor vitiorum,
Planta ordinis minorum,
Lucerna populorum,
Martyr desiderio,
Prædicator syluestrûm,
Portans dona gloriæ,
Auriga militiæ nostræ,
Nauis vtens prodigijs,
Cælum cæcis aperiens,
Gratũ gerens obsequium
Tenens vitæ brachium,

Impetra nobis gratiam.

Templum Christi consecrans.
Hostes malignos proterens.
Sparges virtutum munera.
Amplicans iter ad gloriam.

Impetra nobis gratiā.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Miserere nobis.

Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson.
Christe eleyson.
Kyrie eleyson.
Pater noster, &c.

℣. Ora pro nobis B. Pater Francisce:
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

DEus qui Ecclesiam tuam Beati Francisci meritis, fætu nouæ prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione, terrena despicere & cælestium donorum semper participatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

DE SANCTO SIMONE, APVD Bernardinos Cracouiæ.

O Noua lux Poloniæ,
Clarum sidus Cracouiæ.
Feruens Verna tu Mariæ,
Summæ matris clementiæ.
Fœlix proles Simon pie,
Francisci obseruantiæ.
Fer pro te præsidium.
Tandem cæli nobilium,
Fac consortes nos Ciuium.
Amen, IESVS.

ORATIO.

COncede quæsumus omnipotens & misericors Deus, vt beati Simonis Confessoris tui, præclara merita proficiant, & tua gratia quam precamur, nos dignos efficiant: in qua firmati, tuæ gloriæ simus annumerati. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

LITANIA AD SANCTAM ANNAM.

KYrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Saluator mundi,
Adiuua nos.
Pater de cælis Deus, Mis.
Fili redemptor mundi Deus,
Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Mis.
Sancta Trinitas vnus Deus,
Miserere nobis.
Sancta Maria,
Sancta Anna,
Filia Gazari,
} Ora pro nobis.

Vxor Ioachim.
Tribus Dauidica.
Gens sancta.
Mater Mariæ.
Mater matris Dei.
Auia Iesu Christi.
Semen Regium.
Stirps nobilis.
Theca odorem suauissimum spirans.
Ager cui benedixit Deus.
Ager habens in se prætiosum thesaurum.
Arbor bona.
Margarita prætiosa.
Sagena prædestinatorum.

Ora pro nobis.

Doctrix Mariæ.
Secunda post Mariam.
Genitrix fœcundissimæ Virginis.
Lampas fulgentissima.
Fœmina incedens in omnibus mandatis Dei.
Fœmina timens Deum.
Ingenio ac moribus ornatissima.
Anus sancta ac pudorata.
Mulier benedicta.
Mulier honorabilis Angelis.
Mulier veneranda Apostolis.

Ora pro nobis.

Aqua ſalutis,
Ora pro nobis.
Oleum non deficiens,
Ora pro nobis.
Propitius eſto,
Parce nobis Domine.
Propitius eſto,
Exaudi nos Domine.
Ab omni malo,
Ab omni peccato,
A pœnis inferni,
Per merita ſanctæ Annæ,
} Libera nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,

Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleyſon.
Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon.
Pater noſter, &c.

℣. Specie tua & pulchritudine tua:
℟. Intẽde proſpere procede & regna.

℣. Ora pro nobis ſancta Anna:
℟. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

℣. Domine exaudi orationem meam:
℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

DEus, qui beatæ Annæ tantam gratiam conferi dignatus es, quod Mariam matrem vnigeniti Filii tui, in suo vtero portare meruerit: da nobis per intercessionem matris & filiæ, tuæ propitiationis abundantiam: vt quarum memoriam pio amore amplectimur: earum precibus ad cælestem Hierusalem peruenire mereamur.

Ecclesiæ tuæ quæsumus Domine preces placatus admitte, vt destructis aduersitatibus & erroribus vniuersis, secura tibi seruiat libertate.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundũ clementiam tuam in viam salutis æternæ, vt te donante tibi placita

cupiat, & tota virtute perficiat.

Quæsumus omnipotens Deus, vt famulus tuus Sigismundus Rex noster, qui tua miseratione regni suscepit gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus & vitiorum monstra deuitare, & ad te qui via, veritas, & via es, gratiosus, valeat peruenire.

OMnipotens sempiterne DEus, qui saluas omnes & neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas, vt omni Hæretica & Schismatica prauitate deposita, errantium corda resipiscant, & ad veritatis tuæ redeant vnitatem. Per Dominum nostrũ Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Sancta Anna Domina & Patrona recte honoratiſsima:
Ora pro nobis peccatoribus.
Sanctiſsima mater Dei, Virgo benedicta Maria.
Ora pro nobis miſerimis.
IESV CHRISTE Fili Dei viui, Saluator mundi,
Miſerere nobis.

LITANIA AD OMNES VIRGINES.

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Saluator mundi,
Adiuua nos.
Pater de cælis Deus, Miſ.

Fili

Fili Redemptor mūdi Deus,
Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſ.
Sancta Trinitas vnus Deus,
Miſerere nobis.
Sancta Maria, Ora ꝓ nobis.
Sancta Dei genitrix, Ora.
San. Virgo virginum, Ora.
Sancta Vrſula, Ora.
Sanctæ Dei Virgines,
Vndecim millia Virginū,
Filiæ nouæ Hieruſalem,
Puritate fulgentes,
Amore Ieſu Chriſti languentes,
Odorifera Lilia,
Amæniſsimæ Roſæ,
Orate pro nobis.

Inæſti-

Inæstimabiles Margaritæ,
Gemmæ coruscantes,
Vasa Spiritus sancti,
Sponsæ Iesu Christi,
Sequaces agni immaculati,
Lucernæ inextincti luminis,
Filiæ summi Regis,
Virgines multum laudabiles,
Virgines prudentes,
Virgines fideles,
Virgines castæ,
Virgines deuotæ,
Virgines constantes,
Virgines Deo dicatæ,

Orate pro nobis.

Virgines lampades accensas habentes, Orate p̄ nobis.
Zelatrices domus Dei,
Orate pro nobis.
Propitius esto,
Parce nobis Domine.
Propitius esto,
Exaudi nos Domine.
Ab omni malo,
Libera nos Domine.
Ab omni peccato,
Libera nos Domine.
A fulgure & tempestate,
Libera nos Domine.
Per merita & intercessionē Sanctarum virginum,
Libera nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.
Agnus. Exaudi nos Dñe.
Agnus. Miserere nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleyson.
Pater noster, &c.
℣. Orate ꝓ nobis sanctæ Dei Virgines.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

DA nobis quæsumus DOmine Deus noster, sanctarum Virginum tuarum; palmas incessabili deuotione venerari, vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Christum Dñm nostrũ, A.

LITANIA PRO FIDELIBVS VITA defunctis.

MIseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei: quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini: *Iob. 15.*

KYrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus,
Miserere omnium fidelium defunctorum.
Fili Redemptor mundi Deꝰ.
Miserere omnium fidelium defunctorum.

Pater de cælis Deus,
Miserere omnium fideli-
um defunctorum.
Sancta Trinitas vnus Deus,
Miserere omnium fideli-
um defunctorum.
Sancta Maria.
Sancta Dei genitrix.
Sancta Virgo virginum.
Sancte Michael.
Sancte Gabriel.
Sancte Raphael.
Ora pro fid. def.
Omnes sancti Angeli & Ar-
changeli, Orate pro
fidelibus defunctis.
Sancte Ioannes Baptista,
Ora pro fidelibus defun.

Sancte Petre, Ora
pro fidelibus defunctis.
Sancte Paule, Ora
pro fidelibus defunctis.
Sancte Ioannes, Ora
pro fidelibus defunctis.
Omnes sancti Apostoli &
Euangelistæ, Orate
pro fidelibus defunctis.
Sancte Stephane, Ora
pro fidelibus defunctis.
Sancte Laurenti, Ora
pro fidelibus defunctis.
Sancte Adalberte, Ora
pro fidelibus defunctis.
Sancte Stanislae, Ora
pro fidelibus defunctis.

Omnes sancti Martyres,
Orate pro fidelibus def.
Sancte Gregori, Ora
pro fidelibus defunctis.
Sancte Ambrosi, Ora
pro fidelibus defunctis.
Sancte Benedicte, Ora
pro fidelibus defunctis.
Sancte Francisce, Ora
pro fidelibus defunctis.
Sancte Hyacincte, Ora
pro fidelibus defunctis.
Omnes sancti Pontifices &
Confessores, Orate.
Sancta Maria Magdalena,
Ora pro fidelibus defun.
Sancta Anna, Ora

pro fidelibus defunctis.
Sancta Catherina, Ora
pro fidelibus defunctis.
Sancta Heduigis, Ora pro
fidelibus defunctis.
Omnes sanctæ Virgines &
Viduæ, Orate pro fid. de.
Omnes sancti & sanctæ Dei,
Orate pro fidelibus def.
Propitius esto, Parce nobis
Domine.
Propitius esto, Exaudi nos
Domine.
Ab omni malo, Libera eos
Domine.
Ab ira tua, Libera eos
Domine.

A poteſtate diaboli.
A flamma ignis.
A regione vmbræ mortis.
Per immaculatam conceptionem tuam.
Per natiuitatem tuam.
Per dulciſsimum nomen tuum.
Per multitudinem miſerationum tuarum.
Per acerbiſsimam Paſsionem tuam.
Per ſanctiſsima vulnera tua.
Per precioſiſsimum ſanguinem tuum.
Per ignominioſam mortem

Libera eos Domine.

tem qua noſtram moriendo deſtruxiſti, Libera eos Domine.

Peccatores.
Qui Mariam abſoluiſti & latronem exaudiſti.
Qui ſaluandos ſaluas gratis.
Vt parentes, propinquos, & benefactores noſtros, à pœnis inferni eripere digneris.
Vt omnes fideles defunctos ab æterna damnatione liberare digneris.
Vt deſiderium ipſorum adimplere digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt Angelorum cœtus eis splendidus subueniat.
Vt eis Patriarcharum & Prophetarum cuneus occurrat.
Vt omnium fidelium defunctorum, quorum specialis in terra memoria non habetur, miserere digneris.
Vt eis omnibus parcere & indulgere digneris.
Vt eos gloriosus Apostolorum chorus excipiat.
Vt candidatorum Martyrum triumphans exer-

Te rogamus audi nos.

citus eos lætus circundet.
Vt eos sanctorum Confessorum agmen deducat.
Vt iubilantium Virginum eos corona comitetur.
Vt ad auctorem suum qui eos de limo terræ formauit, redire valeant.
Vt mitis atque dulcis Iesu, tuus eis aspectus appareat.
Vt ad dexteram tuam in electorum consortium eos recipias.
Fili Dei, Te rogamus

Te rogamus audi nos.

audi nos.
Rex tremendæ maiestatis,
Te rogamus audi nos.
Qui claues habes mortis & inferni, Te rogamus audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Dona eis requiem.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Dona eis requiem.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Dona eis requiem sempiternum.
Christe audi nos.

Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson.
Christe eleyson.
Kyrie eleyson.
Pater noster, &c.

PSALMVS.

De profundis clamaui ad te Domine, Dñe exaudi orationem meam.
Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuã sustinui te Domine
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.
A custodia matutina vsque ad noctẽ: speret Israel in Domino.
Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

℣. Requiem æternam dona eis Dñe.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Dñe exaudi orationem meam:
℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt, piis supplicationibus consequantur.

SEQVENTIA.

DIes iræ, dies illa,
Soluet sæclum in fauilla:
Teste Dauid cum Sibylla.
Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta strictè discussurus!
Tuba mirum spargens sonum,
Per sepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.

Mors stupebit & natura,
Cùm resurget creatura,
Iudicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Vnde mundus iudicetur.
Iudex ergo cùm sedebit,
Quidquid latet, apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tunc dicturus,
Quem patronum rogaturus,
Dum vix iustus sit securus?
Rex tremendæ maiestatis,
Qui saluandos saluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare IESV pie,
Quòd sum causa tuæ viæ,
Ne me perdas illa die.
Quærens me, sedisti lassus,
Redemisti, crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.
Iuste Iudex vltionis,
Donum fac remissionis,
Ante diem rationis.

Ingemiſco, tanquam reus
Culpà rubet vultus meus:
Supplicanti parce Deus.
Qui Mariam abſoluiſti,
Et latronem exaudiſti:
Mihi quoque ſpem dediſti.
Preces meæ non ſunt dignæ
Sed tu bonus fac benignè;
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum præſta,
Et ab hædis me ſequeſta,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis.
Oro ſupplex & acclinis:
Cor contritum, quaſi cinis:
Gere curam mei finis.
Lachrymoſa dies illa,
Qua reſulget ex fauila,
Iudicandus homo reus.
Huic ergo parce Deus.
Pie Ieſu Domine,
Dona eis requiem, Amen.

LITANIA AD SANCTVM HYACINctum Pol. Ord. Præd.



KYrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Saluator mundi, Adiuua nos.

Pater de cœlis Deus, Miserere no.
Fili Redemptor mundi Deus, Mis.
Spiritus sancte Deus, Miserere no.
Sancta Trinitas vnus Deus, Mise.
Sancta Maria,
Sancte Hyacincte.
Feruentissime amator Mariæ.
Depositum Mariæ fidelissimũ.
Zelator matris Dei.
Discipule Beati Dominici.
Dilecte Deo & hominibus.
Singulare Regni Poloniæ ornamentum.
Profugium Polonorum.
Sydus Sarmatarum.
Cœlestis curiæ triũphale decus.
Insigne Cracouiensium vexillũ.
Cœlestibus educate meditationibus.
Nullis terrenis iniquitate affectibus.

Ora pro nobis.

Oleum lætitię vngens & lucens.
Sancti Dominici plantula niue fructificans.
Palma quam nullus turbo quatiat.
Cupressus in monte Sion plantata.
Corruscans miraculis.
Lilium castitatis.
Vere Israelita in quo dolus non est.
Vir secundùm cor Dei.
Fugator dæmoniorum.
Adiutor oppressorum.
Lignum dans fructum in tempore suo.
Splendor firmamenti erudiens multos.
Hyacincte lapis preciosissime.
Hyacincte cui obediunt aquæ.
Hyacincte Cõfessor Iesu Christi.

Ora pro nobis.

Hyacincte ſerue Dei.
Hyacincte famule matris Dei.
Hyacincte omni flore iucũdior.
Hyacincte Conſerue Angelorũ.
Hyacincte imitator Apoſtolorum.
Hyacincte frater Martyrum.
Hyacincte frater Confeſſorum.
Hyacincte inuente in numero Sanctorum.
Hyacincte propugnaculum fidei Catholicæ.
Hyacincte ſacerdos ſummi Dei.
Hyacincte tuba Cœlica.
Hyacincte fundator Ord. Præ. in ſeptentrione.

Ora pro nobis.

Ieſu Chriſte Propitius eſto.
Ieſu Chriſte Exaudi nos Dñe.
Ieſu Chriſte Libera nos Dñe.
Ab omni malo, Libera nos Dñe.
Ab omni peccato, Libera nos.

A ſu-

A ſubitanea & improuiſa morte, Libera nos Domine.
A damnatione perpetua, Libera.
Per merita & interceſsionem Beati Hyacincti, Libera nos Dñe.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei. Exaudi nos Domine.
Agnus Dei. Miſerere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon. Pater noſter.

O anima ſanctiſsima, quæ cunctis mira pietate ſubuenis, nos tibi deuotos intuere benigne, ac precibus vbique defende.

℣. Ora pro nobis beate Hyacincte:
℟. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

ORATIO.

DEus qui Beatum Hyacinctum

Con-

Confessorem tuum nostrumq; Patronum, in diuersis nationum populis, operum sanctitate ac miraculorũ gloria fecisti conspicuum: da nobis, vt suis in melius reformemur exemplis, & in aduersis protegamur auxiliis.

Beati Hyacincti Confessoris tui Domine precibus confidentes quęsumus clementiam tuã, vt per eius commemorationẽ quam agimus, æterna gaudia capiamus. per Christum Dominum nostrum.

Omnipotens sempiterne Deus, qui & merita supplicum excedis & vota, concede propitius, vt beati Hyacincti Confessoris tui egregii meritis adiuuemur, cuius commemoratione lætamur: quatenus eius intercessione muniti, tua benignitate liberemur.

MODVS ORATIONIS SANCTISSIMI ROSARII.



OMne quodcũq; facit (anima mea) in verbo aut in opere: In nomine Domini nostri Iesu Christi, in gloriam Dei facito. Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Dñi nostri Iesu Christi.

PARS LÆTA FLORIBVS Rosarũ notata, quinq; mysteria exhibet contemplanda.

In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen.

1. *Pater noster.* 10. *Aue Maria.*

IESVS amor meus, annunciatus per Archangelum tibi, ex te nasciturus matre Virgine Maria.

Oratio.

Qui te gloriosè salutauit per Angelum: dulcis Iesu vtinam Matri tuæ deuotissimum me facias, Am̃.

1. *Pater noster.* 10. *Aue Maria.*

IESVS amor meus, in tuo vtero clausus, it tecum (cognatam Elizabet inuisum, eiusq; fœtum in vtero Ioannem sanctificatum) matre Maria Virgine.

ORATIO.

Quo inprægnata ad Elizabet pro-

perasti

perasti in montana, vtinam pie Iesu cœlestia sitiens, fastidiam cuncta mundana, Amen.

1. *Pater noster.* 10. *Aue Maria.*

IESVS amor meus, concinentibus Angelorum choris, nascitur in orbem ex te matre Maria Virgine.

ORATIO.

Quem Virgo patris absque dolore puerpera. Dulcis Iesu, vtinam tibi renascar in dies in maiori gratia, A.

1. *Pater noster.* 10. *Aue Maria.*

IESVS amor meus, acceptissima Deo Patri hostia in templo offertur, à te matre Maria Virgine.

Oratio.

Quem Virgo candidissima intulisti in templum. Dulcis Iesu, fac nos tuæ ab matris imitari humilitatis, exemplum, Amen.

1. *Pater noster.* 10. *Aue Maria.*

IESVS

IESVS amor meus, in medio Doctorum in templo à te repertus, cor tuũ exhilarat mater Virgo Maria.

Oratio.

Quem amissum tristis quęrebas triduo. Dulcis Iesu, da vt nunquam te amittam sed totus tibi adhæream, Amen. 1. Credo.

Antiphona.

Da latices animæ, da succos ô Rosa nobis,
Da gloriosa tuo pignore, teq; frui.

℣. Rosarum rosa primula, Dei feruida Vernula.

℟. Plicantum redimicula tibi, solue piacula.

ORATIO.

GRegem tuum Pastor æterne solita quæsumus pietate prosequere, & sicut pro genitricis tui Domini nostri Iesu Christi Rosarij cultu terquina redemptionis suæ mysteria deuotè ruminat in terris, ita eorum claro &

æterno fructu pascatur in cælis. Prætende Domine, &c. Deus venię, &c. Deus qui nos, &c. Fidelium Deus, &c. vt fol. 101.

SECVNDA PARS MOESta, spinis notata.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

ABsit mihi gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi: qui humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortẽ autem Crucis.

1. *Pater noster* 10. *Aue Maria.*

IESVS amor meus sanguine sudans exorans in horto Patrem suum, te condolente matre Maria Virgine.

Oratio.

Qui præ angustia sudorem emittit sanguineum. Vtinam ex singulis membris tibi pie Iesu amoris & laudis offeram holocaustum, Amen.

1. *Pater noster.* 10. *Aue Maria.*

IESVS amor meus ad columnam ligatus, toto corpore flagellis cruentatus te condolēte matre Maria Virgine.

Oratio.

Qui dirè ligatus est ad columnam, vtinam pie Iesu, amore inextinguibili, tibi colligatus semper maneam, Amen.

1. *Pater noster.* 10. *Aue Maria.*

IESVS amor meus fert diadema spineum, arundine percussus te condolente matre Maria Virgine.

Oratio.

Qui coronam portauit spineam, vtinam tuæ Passionis indelebilem, pie IEsv mihi imprimas memoriam, Amen.

1. *Pater noster.* 10. *Aue Maria.*

IESVS amor meus fert cōdemnatus ad mortem crucis trabem, ad montē Caluariæ te condolente matre M. V.

Oratio.

Oratio.

Qui egressus est Vrbem, Crucem suam baiulando. Sequar te quocunque ieris pie Iesu, me perfectissimè abnegando. Amen.

1. *Pater noster.* 10. *Aue Maria.*

IESVS amor meus pro nobis in Cruce moritur, te condolente ac desolata matre Maria Virgine.

Oratio.

Qui clamās moritur in tormentis; misericordissime Iesu, fac perfectè me mori mundo, vitiis & omnibus concupiscentiis, Am. 1. Credo

Antiphona.

Da latices animæ, da succos ô Rosa nobis.
Da gloriosa tuo pignore, teq; frui.
℣. Rosarum Rosa primula, Dei feruida Vernula.
℟. Plicantum redimicula, tibi solue piacula.

ORA-

ORATIO.

GRegem tuum pastor æterne solita quæsumus pietate prosequere, & sicut pio genitricis tui Domini nostri Iesu Christi Rosarii cultu terquina redemptionis suæ mysteria deuotè ruminat in terris: ita eorū claro & æterno fructu pascatur in cœlis. Prætende Domine, &c. Deus veniæ, &c. Deus qui nos, &c. Fidelium Deus, &c. *vt fol.* 101.

TERTIA PARS FRONTIbus signata, Gloriosa.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

DOminus noster IESVS Christus factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen.

1. *Pater noster.* 10. *Aue Maria.*

IESVS amor meus, surgit à tumulo tertia die post mortem, te lætante matre Maria Virgine.

Oratio.

Qui à morte resurrexit cum Maiestate. Vtinam tibi, soli Iesu placere cupiam in perfectissima humilitate, Amen.

1. *Pater noster,* 10. *Aue Maria.*

IESVS amor meus, quadragesimo post resurrectionem suam die, scandit ad Sydera: te lætante matre Maria Virgine.

Oratio,

Qui in Cælos ascendit gloriosè. Dulcis Iesu, trahe cor meum post te, vt tibi inhæreat inseparabiliter & amorosè, Amen.

1. *Pater noster.* 10. *Aue Maria.*

IESVS amor meus promissum Apostolis suis decimo die, post assumptionem suam demittit Spiritum te lætante matre Maria Virgine.

Oratio.

Qui misit Spiritum sanctum credentibus. Dulcis IESV, infunde hunc nobis cum gratiis, donis & fructibus suis omnibus, Amen.

1. Pater noster. 10. Aue Maria.

IESVS amor meus, tibi post Mortem vnà cum carne, cœlos virtute diuina potenti Angelis stipatus occurrit matre Maria Virgine.

Oratio.

Qui te assumptam glorificauit in corpore & anima, Ah pie Iesu, vtinam conformes me in tua gratia, Amen.

1. Pater noster. 10. Aue Maria.

IESVS amor meus, te iuxta se collocatam totius orbis iubet esse Reginam, omniumque Sanctorum gloriam superare facit. Ora pro nobis Imperatrix clementissima Virgo Maria.

Oratio.

Qui te cœlorum Imperatricem fecit, cui omnes obediunt, Fac ô pijssime Iesu, omnes vires meæ modo tibi gratissimo seruiant, Amen.

1. Credo. *Antiphona.*

Da latices animæ, da succos ô Rosa nobis,
Da gloriosa tuo pignore, teq; frui.

℣. Rosarum Rosa primula, Dei fruida Vernula.

℟. Plicantum redimicula, tibi solue piacula.

Oratio vt supra.

In Honorem D. Annæ.

ex reuelatione.

1. Pater noster. 2. Aue Maria.

Salue Regina, Mater misericordiæ. Vita, dulcedo, & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij Euæ. Ad te suspiramus gementes, & flentes, in

hac lachrymarum valle, Eia ergo advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens, O pia. O dulcis Virgo Maria.

SVb tuum præsidiũ confugimus sancta Dei genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necesitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper virgo gloriosa & benedicta.

℣. In omni tribulatione & angustia
℟. Subueni nobis virgo Maria.
℣. Saluos fac seruos tuos:
℟. Deus meus sperantes in te,
℣. Mitte eis Dñe auxiliũ de sancto:
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. A porta inferi:
℟. Erue Domine animas eorum.

ORATIO.

PRosit nobis quæsumus Domine, continua genitricis & virginis Mariæ memoria, que astitit vulnerata charitate

ritate in Cruce pendenti, & astat nunc Regina à dextris in Cælo regnanti Christo Filio tuo.

Oratio pro viuis.

PRætende Domine famulis & famulabus tuis dexteram cælestis auxilii, vt te toto corde diligant, & quæ digne postulant assequantur.

Oratio pro defunctis.

DEus veniæ largitor & humanæ salutis auctor, quæsumus clementiã tuam, vt nostræ congregationis fratres, sorores, familiares, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt: Beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortiũ peruenire concedas.

Oratio pro Patre & Matre.

DEus qui nos Patrem & Matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus parentum nostro-

rum, eorumq; peccata dimitte: nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre.

Pro omnibus fidelibus defunctis Oratio.

FIdelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumq; tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt, piis supplicationibus consequantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.





PRECATIONES LITVRGICÆ, QVIBVS AD SS. Missæ Sacrificium vtantur Catholici.

Oratio ad audiendam Missam præparatoria.

DOmine IEsv Christe, Lux pura mentium, & veritas æterna, siste precor cor meum nimis vagum, vt in hoc sacrosancto Missæ officio, in adorandæ Maiestatis tuæ conspectu reuerenter interesse valeam, verumq; inde fructũ, mihi & alijs salutarẽ percipiã. Ac præsertim, vt charitatem tuam immensam, qua te totum pro nobis redimendis in mortem atrocem obtulisti, grato animo commemorem. Tibi laus & gratiarum actio, Sacerdos & Hostia, nosterq; Pontifex secundùm ordinem Melchisedech, qui sub specie Panis & Vini Sacerdotes Oblationem mundam offerre, ac apud gentes æterno Deo sacrificare docuisti.

Deinde consignans te signo S. Crucis, cum Sacerdote, sic incipe.

Introibo ad Altare Dei.
Ad Deũ qui lætificat Iuuentutẽ meã.
Adiutorium nostrum in nomine Dñi.
Qui fecit Cælum & Terram.

Psalm. 42.

Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta ab homine, iniquo & doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti, & quare tristis incedo dum affligit me inimicus.

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt ad Montem sanctum tuum, & in Tabernacula tua.

Et introibo ad Altare Dei; ad Deum qui lætificat Iuuentutem meam.

Confitebor tibi in Cythara Deus Deus, Quare tristis es anima, & quare conturbas me.

Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi, Salutare vultus mei, & Deus meus.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in Principio & nunc & semper, & in sęcula sęculorum Am̃.
Introibo ad Altare Dei.
Ad Deũ qui lætificat Iuuentutẽ meam
Adiutorium nostrũ in Nomine Dñi.
Qui fecit Cælum & Terram.

Confeßio generalis.

Confiteor Deo omnipotenti, beatę Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Arhangelo, beato Ioanni Baptistæ, Sanctis Apostolis Petro & Paulo, Omnibus sanctis, Et tibi Pater, quia peccaui nimis Cogitatione, Verbo & Opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.

Ideo precor beatã Mariam semper Virginẽ, beatum Michaelem Archangelum, beatum Ioannem Baptistam, Sanctos Apostolos Petrum & Paulũ, omnes Sanctos, & te Pater ora pro me ad Dominũ Deum nostrum, Amen.

Misereatur nostri omnipotens Deus, & dimissis omnibus Peccatis nostris perducat nos ad Vitam æternam.

Indulgentiam, absolutionem, & Remissionem, omnium Peccatorum nostrorum, tribuat nobis Omnipotens, & misericors Dominus, Amen.

Deus tu conuersus viuificabis nos;
Et plebs tua lætabitur in te.
Ostende nobis Misericordiã tuam,
Et Salutare tuum da nobis.
Domine exaudi orationem meam;
Et clamor meus ad te veniat.
Dominus vobiscum,
Et cum Spiritu tuo.

Precatio.

Aufer à nobis, quæsumus Domine, omnes iniquitates nostras, vt ad Sancta Sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Christum &c.

Ad Missæ Introitum.

Te Patrem ingenitum, Te Filium Vnigenitum, Te Spiritum Sanctum Paraclitum, Sanctam & Indiuiduam Trinitatem, toto Corde & Ore confitemur, laudamus atque benedicimus.

Gloria Patri, qui creauit nos. Gloria Filio, qui Redemit nos. Gloria

Spiritui sancto, qui Sanctificauit nos.
Gloria summæ & indiuiduæ Trinitati, cuius Opera inseparabilia sunt, Cuius imperium sine fine manet.

Kyrie eleyson, Kyrie eleyson, Kyrie eleyson.
Christe eleyson, Christe eleyson, Christe eleyson.
Kyrie eleyson, Kyrie eleyson, Kyrie:

Hymnus Angelicus.

Gloria excelsis Deo, Et in Terra Pax hominibus bonæ voluntatis; Laudamus te; Benedicimus te; Adoramus te; Glorificamus te; Gratias agimus tibi propter magnam Gloriam tuam.

Domine Deus Rex cælestis, Deus Pater omnipotens; Domine Fili vnigenite, Iesu Christe, & sancte Spiritus Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris, Qui tollis peccata Mundi, miserere nobis; Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad Dexteram Patris miserere nobis.

Quoniam tu solus sanctus; Tu so-

lus Dominus, Tu solus altissimus Iesu Christe.
Cum sancto Spiritu, in Gloria Dei Patris, Amen.

Ad Collectam seu Precationem.

Omnipotens sempiterne Deus, Ecclesiæ tuæ Preces ad te pro nobis Sacerdotis ministerio destinatas clemẽter exaudias, Et largire nobis peccatorum nostrorum condonationẽ, Integritatem mentis, Incolumitatẽ corporis, Necessariam vitæ sustentationem; Pacem in diebus nostris. Da Catholicæ Fidei vnitatem, & Orthodoxæ Religionis incrementum. In precatione synceram animi deuotionem, & in afflictione tolerantiam.

Largire nobis, quidquid ad animæ, & corporis salutem confert tuæque vnius seruit cum primis gloriæ. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad Epistolam.

Mitissime Domine, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui pro tua bonitate non desinis nos

Propheticis & Apostolicis Doctrinis ad cognitionem & cultum sanctissimi tui Nominis adhortari; Effice quæso in omnibus Fidelium tuorum cordibus, vt Doctrinam tuam salutarem, qua id necesse est obseruantia suscipiant ad nominis tui gloriam & salutis suæ profectum, Amen.

Ad Graduale.

Domine non secundùm peccata nostra facias nobis, neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos Deus salutaris noster, & libera nos ad laudem & gloriam sanctissimi tui Nominis, ab omnibus peccatis nostris. Amen.

Admonitiuncula.

Graduale non legitur tempore Paschali vsque ad festum Sanctißimæ Trinitatis.

Alleluia non legitur in feriis Aduentus, & tempore Quadragesimæ, &c.

Ad Alleluia.

Dominator Domine Deus, qui afflictiones hominũ gaudijs temperas, da vt peregrinum nobis Alleluia, apud te in æterna felicitate exultantes decantemus, & illius cœlestis Regni hic intelligentes Gaudia, eorum ardore mentes nostræ inflammatæ eò attrahantur, vbi Mortis expers est dies, & Dies sine noctis vicissitudine, Amen.

Ad Euangelium.

Primum frontem, labia, ac pectus signo Crucis consignabis, ex corde respondens Sacerdoti, Gloria tibi Domine.

Deinde stans erecto corpore, ad Euangelii lectionem, attentißimè auscultabis.

Ad finem Euangelii.

Laus tibi Christe, qui per te, ac Apostolos tuos, Euangelium orbi prædicare, ac incredulos veræ Fidei luce illustrare dignatus es.

Da quęso, vt illud idem Euangeliũ, hoc est lætissimum de æterna Redemptione nostri nuncium, cum gaudio & gratiarum actione suscipiamus, ve-

ræque

ræque Fidei ac Charitatis ardentes lumine, tibi summo bono perpetuo deuincti permaneamus, Amen.

Dum canitur vel legitur Credo.

Concede nobis quæsumus Pater æterne, per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, sancti Spiritus tui præsidium, & auxilium, vt omnes in vera Confessione sanctissimæ huius Fidei, vsque ad finem perseueremus, vt post huius breuissimæ vitæ curriculum cum omnibus Sanctis Coronam iustitiæ, à te inuictissimo Rege, & Iudice æquissimo consequamur, Cui honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Ad Offertorium.

Clementissime cœlestis Pater, in plenam satisfactionem pro omnibus peccatis, ac totius mundi: Et in suppletionem meritorum quæ mihi desunt, offero tibi dilecti Filij tui Incarnationem, Labores & ærumnas, Passionem & Cruciatus, Sanguinem eius ac mortem:

Offero

Offero eiusdē ac beatæ Mariæ Virginis, omniumq; Sanctorum tuorum Virtutes ac merita: Suscipe obsecro, hanc Oblationem in odorem suauitatis, & laudem æternam, Pro mea, & omnium Salute Viuorum pariter & Defunctorum.

Cùm se vertit Sacerdos, dicens, Orate, ℟.

Suscipiat Dominus Sacrificium de manibus tuis, Ad laudem & Gloriam Nominis sui, Ad vtilitatem quoque nostrā, totiusq; Ecclesiæ suæ sanctę.

Ante Præfationem.

Domine Iesu Christe, Fili Dei viui, In memoriam & laudem illius Caritatis, qua te nobis totum in Crucis altari impendisti, ego hoc præsens Missæ Sacrificium, per manus Sacerdotis nunc celebrandū, tibi offero, quod Patri tuo æterno commendes, quemadmodum ipse in Cruce moriens sacrosanctum Corpus & Sanguinem tuum pro Mundi Salute obtulisti, & ad Ecclesiæ Vtilitatem Patri tuo cælesti commendasti.

Et precor, vt hæc Corporis & Sanguinis tui oblatio, fructū quoque suum assequatur, vt scilicet inde viui gratiam, Fideles defuncti requiem, & pro quibus sacrificatur, misericordiam ac vitam consequantur æternam. Sit illud Ecclesiæ Sacrificium, pro innumeris beneficijs in nos collatis gratiarum actio, & pro infinitis peccatis nostris commissis ac Bonis huc vsque neglectis, pœnisque debitis propitiatio, & satisfactio salutaris. Qui viuis ac regnas in sæcula sæculorū, Amen.

Ecclesiæ Præfatio, seu Gratiarum actio.

Gratias agimus Domino Deo nostro, quia verè dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper & vbique gratias agere, Domine sancte Pater, omnipotens æterne Deus, Per Christum Dominum nostrum.

Per quem Maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates; Cœli Cœlorumque Virtutes, ac beata Seraphin, socia exultatione concelebrant. Cum quibus

ous & nostras voces, vt admitti iubeas deprecamur, supplici Confessione dicentes.

Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt Cæli & Terra Gloria tua.

Osanna in excelsis.

Benedictus qui venit in Nomine Domini, Osanna in excelsis.

Ad initium Canonis.

Ad Patrem.

Clementissime Pater Misericordiarum, & Deus totius Consolationis, qui vnigenitum Filiũ tuum redimendis nobis in Crucem impendisti, ac Cruentam eius oblationem, sub specie Panis ac Vini mysticè in Ecclesia renouari voluisti:

Tribue nobis quæsumus, huic tam admirando, quàm salutari mysterio, reuerenter interesse ac eius participatione & Fructu gaudere: Vt & Nominis tui gloria gentibus toto Orbe celebretur; & nos per Filij tui Corpus & sanguinem bona verè salutaria conse-

consequamur, tibiq; semper placeamus.

Ad Filium.

Benedictus sis Domine Iesu Christe, Fili Dei viui, qui nostri misertus è Cælo descendisti, & assumptum de Virgine innocens Corpus, & preciosum Sanguinem tuum in Ara Crucis vera pro Peccatis nostris Hostia, liberaliter impendisti.

Laus tibi & Gloria, quod ex eodem Corpore & sanguine tuo, non modo Panem Vitæ nobis in Sacramento sumendum, sed etiam Sacrificiũ in Altari, per Sacerdotes offerendum instituisti, atque ad mundi finem vsque celebrandum reliquisti, vt in Ecclesia tua iuge mundumq; Sacrificium per totum Orbem celebrandum exstaret.

IESV Nazarene pro nobis crucifixe, propitius esto mihi, & peccatoribus omnibus, eisque Sacramenti & Sacrificij huius Virtutem ad Corporis simul & animæ profectum; atque ad omnem Prosperitatem & Consolationem Fidelium, efficaciter promouere concede.

Ad ele-

Ad eleuationem Hostiæ Sacrosanctæ.

Adoramus te Domine Iesu Christe, Rex & Pontifex noster, ac benedicimus tibi, qui per S. Crucem, & cruentam sacri Corporis & Sanguinis tui Oblationem redemisti mundum, ac nos perditos, Deo Patri reconciliasti.

Per immensam bonitatem tuã precor, vt me, & omnem Ecclesiam tuam, huius tuæ Redemptionis participem reddas, tuæque Mortis, Resurrectionis, & Ascensionis fructum in nobis renoues ad vitam æternam.

AVE Salus mundi, Æternum Patris Verbum, Hostia vera, Viua Caro, Deitas integra, & vita æterna.

Dominus meus, & Deus meus es tu, quem in hoc Altari cum Corpore & Sanguine præsentem adoro & fideliter inuoco; vt te Redemptorem in prosperis & aduersis, in vita & morte mihi propitium habeam, ac in Cœlis regnantem clare conspiciam. Qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto, viuis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Anima Christi sanctifica me, Corpus Christi salua me, Sanguis Christi inebria me, Aqua lateris Christi laua me, Passio Christi conforta me.

O bone Iesu exaudi me, & ne me permittas separari à te, Ab angelo maligno defende me, In hora mortis voca me, Et iube me venire ad te, vt cum Angelis tuis laudem te in sæcula sæculorum, Amen.

Oratio pro iis, pro quibus nobis in Missa maximè orandum est.

O summe Pontifex, & Redemptor orbis Iesu Christe, qui teipsum non solùm in Cruce, sed etiam in hoc Venerabili Sacramento nobis exhibes vt etiam à peccatoribus te contingi, offerri ac manducari permittas.

Miserere nostri, qui sine gratia tua nihil possumus, Et Ecclesiæ tuæ Catholicæ, toto orbe dispersæ, succurre; vt per te pacem habeant Orthodoxi, & contra inimicos, vbique gentium, te Duce defendantur.

Pastores idoneos Gregi tuo præfi

ce; Et Magistratus omnes in officio contine, vt ex Voluntate tua Reipublicæ Christianæ præsunt & prosint.

Conuerte Domine miseros peccatores, in Fide aberantes, vt in viam Veritatis te Duce redeãt, Infideles illumina; Afflictos cõsolare, Ægros restitue; Miseris & Pauperibus opitulare.

Adhæc tuere nostros Parẽtes, Propinquos, Benefactores, & Amicos conserua, vt quæ ad Fidem & obedientiam Catholicam spectant, ea studiosè complectantur & ament.

Quæ verò tibi in nobis displicent, ea clementer amoue, Et Virtutem ad Mala vitanda, Bonaq; consectanda, nobis largire, vt Voluntati tuæ, & Vocationi nostræ satis faciamus.

Ad memoriam Fidelium Defunctorum.

Memento etiam Domine Deus, Fidelium omnium Defunctorum, Auorum, Parentumq; meorum, Cognatorum & Cognatarum, Benefactorum & Amicorum, Omniumque pro quibus orare debeo.

Et, Gra-

Et, Gratiam ac Misericordiã, quam de te per Iesum Christum sperauerũt remissis cunctis peccatis eorum, propitius illis tribue, Vt ipsam sanctam Trinitatem, vnà cum Electis tuis omnibus, perpetuò videre & laudare valeant. Per Christũ Dominũ nostrũ, A.

Ad Commemorationem Sanctorum.

Nobis quoque indignis Famulis tuis secundum multitudinem Miserationum tuarum miserere, Et concessa nobis Peccatorũ venia, ne sinas nos obsecro, in futuro sæculo excruciari cum impiis.

Sed nobis aliquam cum Sanctis tuis donare digneris in Cælis partem & Societatem, vt vnà cum illis in tua Membra coaptari, ob tuum pro nobis effusum Sanguinem, tibi Gratias in sęculorum sęcula rependere valeamus.

Ante Orationem Dominicam.

Non auderemus, ô Pater Cælestis, te Patris vocabulo compellere indigni, qui Serui dicamur tui, nisi tua gratuita bonitas per Filiũ tuum, nos

in hu-

in huius Nominis honorem adoptasset, Et ille te compellandi formam dedisset qui precādi formam præscripsit; Agnosce igitur dilecti Filij tui, quam nos docuit Orationem.

Postea dic Orationem Dominicam,

Pater noster, &c.

Precatio huic subiicienda.

Libera nos quæsumus Domine ab omnibus malis, Præteritis, Præsentibus, & Futuris, Et intercedente beata, & gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria; Et beatis Apostolis tuis, Petro & Paulo, atque beato Andrea cum omnibus Sanctis, da propitius Pacem in diebus nostris, vt ope Misericordiæ tuæ adiuti, & à peccatis simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad osculum Pacis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere no.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Dona nobis pacem, Temporis, Pectoris, & Æternitatis.

Nimirum vt sit integra nobis cum proximis coniunctio, & pace fruamur conscientiæ, perfectamque in cœlis quietem, ad quam omnes aspirant Electi, te Duce, consequamur.

Pro publica Pace Ecclesiæ.

Da pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

℣. Fiat pax in virtute tua:

℟. Et abundantia in turribus tuis.

O R A T I O.

Deus à quo sancta desideria, recta consilia & iusta sunt opera, da seruis tuis illam quam mundus dare non potest Pacē, vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dnm nost.

Meditatio ad Communionem.

O Sacrum Conuiuium in quo Christus sumitur. Recolitur memoria

Pasſionis eius, Mens impletur Gratia, Et futuræ Gloriæ nobis pignus datur.

Oremus.

Deus qui nobis ſub Sacramento mirabili Paſsionis tuæ memoriam reliquiſti: Tribue quæſumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui myſteria venerari, vt Redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus: Qui viuis & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

Ad Communionem ſpiritualem.

Precationes III.

Clementiſsime Domine Deus, Pater Miſerationum, Creatorque & Saluator totius Creaturæ; Te ſupplex deprecor, vt hoc incruentum ſanctiſsimi Corporis & ſanguinis Filij tui Ieſu Chriſti, Domini noſtri Sacrificium, quod in ſempiternam memoriam & quotidianam Gratiarũ actionem vbique offertur, apud te nobis Miſericordiam impetret, & Salutem obtineat ſempiternam.

Ad hoc enim vt perdita quæras, & quæ perierint ſalues, in Mundum veniſti; & vt hoc Sacrificio, pro Delictis Propitiationem, & à periculis liberationem toti Mundo impetrares, immolari in Cruce voluiſti. Pro tua igitur Miſericordia concede, ad meam etiam ſeruire Salutem, quod pro omnium Redemptione dignatus es impendere.

Præueni me gratia tua, ne à te me ſeparẽt vllę iniquitates in pſenti ſęculo.

Subſequatur me tua Miſericordia, ne à Conſuetudinis tuæ conſortio, me repellas in ſæculo futuro.

Gratias tibi ago Deus omnipotens, quod licet indignus ſim tua Menſa Cæleſti, ſpiritualiter tamen ſumendi Corpus & Sanguinem Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti à Sacerdote corporaliter modo ſumpti, Gratiã mihi Peccatori præſtiteris & Deuotionem.

Et cum tua ſim creatura, ô Pater, Aures tuas in me precor inclina, & concede vt hæc ſalutaris perceptio Euchariſtiæ, mihi & omnibus Fideli-

bus tuis, viuis simul & defunctis proficiat, vt in extremo Iudicij die, in Sanctorum Electorumque numero, læti resurgentes, cum quibus ad dexteram Filij tui Domini nostri IESV Christi iudicantis Mundum præsentemur, Amen.

Omnipotens, æterne, & Misericors Deus, Non equidem dignus sum, propter Scelera & Peccata mea, qui in conspectum Maiestatis tuæ petiturus aliquid compaream, multò minus vt exaudiar, & abs te quod peto accipiā.

Sed quia tu ex amore Paterno, vnigenitum Filium tuum constituisti Mediatorem, inter te & Peccatores miseros, inter quos me agnosco, hunc tibi Conciliatorem nostrū offero, magna spe ductus, quod me tua Maiestas huius respectu exaudiet, & voti me compotem reddet, quem perpetuo honoras, & nihil vnquā denegas.

Te igitur oro, vt hoc Sacrificium, à me peccatore suscipias, nec patiaris vt in expectatione mea confundar, A.

Ad Sacerdotis Benedictionem.

Benedicat & custodiat nos, Omnipotens & Misericors Dominus Pater, ✠ & Filius, ✠ & Spiritus ✠ sanctus.

Consignatio sui ipsius.

Dominus nos benedicat, ✠ & ab omni malo defendat, Et ad vitam perducat æternam. Et Fidelium Animæ per Misericordiam Dei requiescant in Pace, Amen.

Ad beatiss. Dei Matrem, Virginem Mariam.

Aue Regina Cælorum.
Aue Domina Angelorum.
Salue Radix sancta.
Ex qua mundo lux est orta.
Gaude gloriosa
Super omnes speciosa.
Vale ô valde decora.
Et pro nobis semper Christum exora.

℣. Dignare me laudare te Virgo sacrata.

℟. Da mihi Virtutem contra hostes tuos.

Oremus.

Concede Misericors Deus, fragilitati nostræ Præsidium, vt qui sanctæ Dei Genitricis memoriam agimus, Intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Post finem Missæ.

Clementissime Domine Deus, Ego hoc Precum mearum pensum, Diuinæ Misericordiæ tuæ corrigendum comitto, Ipsumque tibi offero ad Nominis tui gloriam, & ad Salutem meam & omnium Fidelium viuorum & Defunctorum.

Christiani hominis consignatio.

A Subitanea, & improuisa mala Morte liberet nos Pater, ✠ & Filius, ✠ & Spiritus sanctus, ✠ Amen.

Et Animæ omnium Fidelium Defunctorum, per piam Misericordiam Dei, requiescant in Pace, Amen.



ORA-



ORATIONES PRÆparatoriæ ad Confessionem Sacramentalem, & sacram Communionem.

Conditor cæli & terræ, Rex Regum, & Dominus dominantiũ, qui me de nihilo fecisti ad imaginem & similitudinem tuam, & me proprio tuo sanguine redemisti, quẽ ego peccator non sum dignus nominare, nec inuocare, nec corde cogitare: Te suppliciter deprecor, & humiliter exoro, vt clementer respicias me seruum tuum nequam. Et miserere mei qui misertus fuisti mulieri Chananeæ, & Mariæ Magdalenæ. Qui pepercisti publicano, & latroni in cruce pendẽti: Tibi confiteor pater piissime peccata mea, quæ si volo abscondere, non possum tibi Domine. Parce mihi Christe, quem ego semper multum offendi, cogitando, loquendo, operando, & in omnibus modis, in qui-

 bus,

bus ego fragilis homo, & peccator
peccare potui, mea culpa, mea culpa,
mea maxima culpa. Ideo Domine
precor tuam clementiam, qui de cæ
lo pro mea salute descendisti, qui Da
uid à peccati lapsu erexisti, parce mihi
Domine, parce mihi Christe, qui Pe-
tro te neganti pepercisti. Tu es crea-
tor meus, & redemptor meus, Domi-
nus meus, & Saluator meus, & Deus
meus. Tu es spes mea, & fiducia mea
gubernatio mea, & auxiliatio mea,
consolatio mea, & fortitudo mea, de-
fensio mea, & liberatio mea: vita
mea, salus mea, & resurrectio mea:
lumen meum, desiderium meum &
patrocinium meum: Te deprecor &
rogo, adiuua me & saluus ero: guber-
na me, & defende me: conforta me,
& consolare me: confirma me, & læ-
tifica me: illumina me, & viuifica me,
Suscita me mortuum, quia factura &
opus tuum sum, Domine ne despici-
as me, quia famulus & seruus tuus
sum, quamuis malus, quāuis indignus

& peccator: sed qualiscunque sim, si-
ue bonus, siue malus, semper tuus sū.
Ad quem ergo fugiam, nisi ad te va-
dam? Si tu me eijcis, quis me recipi-
et? si tu me despicis, quis me aspici-
et? Recognosce me ergo indignū ad
te refugientem, quamuis sim vilis &
immundus, quia si vilis & immundus
sum, potes me mundare: si cœcus
sum, potes me illuminare: si infirmus
sum, potes me saluare: si mortuus &
sepultus sum, potes me resuscitare:
quia maior est misericordia tua, quam
iniquitas mea: maior est pietas tua,
quam impietas mea: plus potes di-
mittere, quàm ego committere, &
plus parcere, quàm ego peccator pec-
care. Non ergo despicias Domine,
neq; attendas multitudinem iniquita-
tum mearum, sed secundum multitu-
dinem miserationum tuarum misere-
re mei, & propitius esto mihi maxi-
mo peccatori. Dic animæ meæ, salus
tua ego sum: Qui dixisti: Nolo mor-
tem peccatoris, sed magis, vt conuer-

tatur, & viuat: conuerte me Domine ad te & noli irasci contra me. Deprecor te, clementissime Pater, propter misericordiam tuam, supplico & exoro, vt perducas me ad bonum finem, & ad veram pœnitentiam, puram confessionem, & dignam satisfactionem omnium peccatorum meorum, Amen.

Oratio ante Confessionem Sacramentalem.

SVscipe confessionem meam, piissime ac clementissime Domine Iesu Christe, vnica spes salutis animæ meæ & da mihi (obsecro) contritionem cordis, & lachrymas oculis meis, vt defleam, diebus ac noctibus, omnes negligentias meas cum humilitate & puritate cordis. Appropinquet oratio mea in conspectu tuo Domine.

Si iratus fueris contra me, quem adiutorem quæram? Quis miserebitur iniquitatibus meis? Memẽto mei Domine, qui Cananæam & publicanum

vocasti ad pœnitentiam, & Petrum lachrymantẽ suscepisti, Domine Deus meus, suscipe preces meas Saluator mundi Iesu bone, qui te Crucis morti dedisti, vt peccatores saluos faceres, respice me miserum peccatorem, inuocantẽ nomen tuum: & noli sic attendere malum meum, vt obliuiscaris bonum tuum. Et si commisi, vnde me damnare potes: tu non amisisti, vnde saluare soles. Parce ergo mihi, qui es Saluator meus, & miserere peccatrici animæ meæ: solue vincula eius, sana vulnera Domine Iesu te desidero, te quæro, te volo, ostende mihi faciem tuam, & saluus ero. Emitte igitur piissime Domine, meritis purissimæ & immaculatæ semper virginis genitricis tuæ Mariæ, & omnium sanctorum tuorum, lucem tuam, & veritatem tuam in animam meam, quæ omnes defectus meos in veritate mihi ostendat, quos confiteri me oportet, atque iuuet, & doceat ipsos plenè & contrito corde expli-

care. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio post Confessionem.

SIt tibi Domine, obsecro meritis beatæ semper virginis tuæ Mariæ, & omnium Sanctorũ, grata & accepta ista confessio mea: & quicquid mihi defuit nunc, & aliâs de sufficientia contritionis, puritate, & integritate confessionis, suppleat pietas & misericordia tua, & secundũ illam digneris me habere plenius & perfectius absolutum in cælo. Qui viuis &c.

Oratio ante Sanctam Communionem.

AD Mensam dulcissimi conuiuij tui, pie Domine Iesu Christi, ego peccator, de proprijs meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia & bonitate, accedere vereor & contre-

contremisco. Nam cor & corpus habeo multis criminibus maculatum: mentem & linguam non cautè custoditam. Ergo ô pia Deitas, ô tremenda maiestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiæ recurro, ad te festino sanandus: sub tuam protectionem fugio: & quẽ iudicem sustinere nequeo, Saluatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa & magna, pro quibus timeo. Spero misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice in me oculis misericordiæ tuæ Domine Iesu Christe; Rex æterne, Deus & homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te: miserere mei pleni miserijs & peccatis, tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salue salutaris victima, pro me & omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis & preciose sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei

ni mei Iesu Christi profluens, & peccata totius mundi abluens. Recordare Domine creaturæ tuæ quam tuo sanguine redemisti; pœnitet me peccasse: cupio emendare, quod feci. Aufer ergo à me clementissime pater omnes iniquitates, & peccata mea, vt purificatus mente, & corpore, digne degustare merear sancta sanctorum, & concede, vt sancta prælibatio Corporis & Sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, bonorumque sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animæ quoque & corporis contra inimicorũ meorum insidias firmissima tuitio, A.

Oratio S. Thomæ Aquinatis ante Communionem.

OMnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum vnigeniti Filij tui Domini nostri IESV

Christi

Christi. Accedo tanquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dominum cæli & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatẽ, lauare fæditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem; vt te panem Angelorum, Regem Regũ, Dominũ dominantium, tanta suscipiam reuerentia & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali proposito & intentatione, sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi, quæso, Domine corporis & sanguinis non solum suscipere Sacramentum, sed etiam rem & virtutem Sacramẽti. O mitissime Deus, da mihi corpus vnigeniti Filij tui Domini Iesu Christi, quod traxit de virgine Maria, sic suscipere, vt corpori suo mystico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantissime pater,

conce-

concede mihi dilectum filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia &c.

Oratio S. Thomæ Aquinatis post Communionem.

GRatias tibi ago Domine sancte pater omnipotens, æternæ Deus, qui me peccatorem indignum famulum tuum nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ satiare dignatus es, precioso Corpore & sanguine Filij tui Domini nostri Iesu Christi. Et precor, vt hæc sancta communio non sit mihi reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & scutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiscentiæ & libidinis exterminatio, charitatis & patientiæ, humilitatis & obedientiæ augmẽtatio, contra insidias inimicorum om-

nium, tam visibilium quàm inuisibilium, firma defensio: motuum meorum tam carnalium quàm spiritualiũ perfecta quietatio, in te vno ac vero Deo firma adhæsio: atque mei finis felix consumatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris: vbi tu cũ Filio tuo & Spiritu sancto, sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, iucunditas consummata, & felicitas perfecta. Per Dominum nostrum &c.

Alia Oratio Sancti Bonauenturæ post Communionem.

TRansfige dulcissime Domine Iesu, medulas & viscera animæ meæ, suauissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera, serenaque, & Apostolica sanctissima charitate, vt langueat & liquefiat anima mea solo semper amore & desiderio tui: te concupiscat, & deficiat in atria tua, cupiat dissolui, & esse tecum. Da, vt anima mea te esuriat panem Angelorum, refecti-

onem animarũ sanctarum, panem nostrum quotidianum, supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem, & saporem, & omne delectamentum suauitatis: te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat & comedat cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ: te semper sitiat fontem vitæ, fontem sapientiæ & scientiæ, fontem æterni luminis torrentem voluptatis, vbertatem domus Dei, te semper ambiat, te quærat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem & gloriam nominis tui, cum humilitate & discretione, cum dilectione & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perseuerantia vsque in finem: & tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, diuitiæ meæ, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquillitas mea, pax mea, suauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio

mea,

mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa & firma & immobiliter semper sit radicata mens mea, & cor meum, Amen.

Alia Oratio post Communionem.

Ineffabilem misericordiam tuam, Domine IESV Christe, humiliter exoro, vt hoc Sacramentum corporis & sanguinis tui, quod suscepi indignus, sit mihi purgatio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra mundi pericula firmamentum, sit impetratio veniæ, sit stabilimentum gratiæ, sit medicina vitæ, sit memoria tuæ passionis, sit contra debilitatem fomentum, sit viaticum meæ peregrinationis. Euntem me conducat, errantem me reducat, reuertentem me suscipiat, titubantem me teneat, cadentem erigat, & perseuerantem in gloriam

intro-

introducat. O altißime DEVS, beatißima præsentia corporis & sanguinis tui sic immutet palatum cordis mei: vt præter te nullam vnquam sentiat dulcedinem, nullam amet pulchritudinem, nullum quærat illicitum amorem, nullam desideret consolationem, nullam admittat vnquam delectationem, nullum curet honorem, nullam timeat crudelitatem. Qui viuis & regnas cum Deo patre, in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorũ, Am.

Rhytmus S. Thomæ ad sacram Eucharistiam.

ADoro te deuotè latens Deitas,
Quæ sub his figuris verè latitas,
Tibi soli cor meum se totum subiicit,
Quia te contemplans totum deficit.
Visus, gustus, tactus in te fallitur:
Sed auditu solo tutè creditur.
Credo quicquid dixit Dei filius.
Nihil veritatis hoc verbo verius.
In cruce latebat sola Deitas,

Sed hic latet simul & humanitas,
Ambo tamen credens atq; confitens
Peto quod petiuit latro pœnitens.
Plagas, sicut Thomas non intueor,
Deum tamen meum te confiteor,
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis verus, vitam præstans homini.
Præsta meæ menti de te viuere,
Et te illi semper dulce sapere.
Pie pelicane IESV Domine.
Me immundum munda tuo sanguine.
Cuius vna stilla saluum facere,
Totum mundum posset omni scelere
IESV quem velatum, nunc aspicio,
Quando fiet illud quod tam sitio?
Vt te reuelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ gloriæ, Amen.



Precatio in præſentia SS. Corporis Dominici.

EGO infelix atque miſer peccator, & indignus Chriſtianus, flecto genua mea ante Dominum & Saluatorem meum, qui me creauit, redemit, ſuſtinet & conſeruat, quique veritas ac vita in æternum permanet.

O Ieſu Chriſte, verus Deus & homo ego te hîc præſentem adoro & inuoco, de viuæ carnis tuæ & ſanguinis corporiſque & animæ tuæ veritate & præſentia nihil omnino dubitans.

Atque ô vtinam eo te modo contemplari, cognoſcere, diligere, & laudare queam, quo te ſummo cum gaudio tot ſanctorum Angelorum millia læti contemplantur, perfecte cognoſcunt, diligunt, atque laudant, nullo vnquam in tui obſequio, tædio, vel moleſtia affecti.

Aue ſalus mundi, æternum Patris verbum, Hoſtia vera, viua caro, Deitas integra & vita æterna. O verè pre-

tio-

tioſum theſaurum refertum gaudio & mundorum cordium habitaculum, O viuum Angelorum cibum. O panem cœleſtem longè præſtantiſsimum. O æternum Patris verbum: quod pro nobis factum eſt caro, in eadem tamen perſona Deus permanens, verus inquam tu Deus, & verus homo modo admirabili in altari conſecratus & commutatus. Tu ſpes certa ac vera peccatorum ſalus, tu languentium efficaciſsima medicina, tu miſerorum ac inopum ceu ingens theſaurus.

Benedictus ſis igitur mi dilectiſsime Domine Ieſu Chriſte, tibi omnes creaturæ laudes & gratiarum actiones concinunt, quod feruentiſsimo amore noſtri è cœlo deſcendens, innocens, mundum ac nobile corpus tuum pro nobis in ara crucis obtuleris, quodque è mortuis reſurgens, & cœlum conſcendens, nobis hoc ipſum viuum & immortale in ſolatium ſimul ac ſalutem tam benignè, amanter, & affectuoſè donaueris, ac in monu-

men-

mentum discessus tui, & pignus erga nos summi amoris in hoc Sacramento reliqueris. O tu Agnus Dei, qui tollis peccata mundi miserere nostri, & dona nobis pacem. Quin & animam nostram solatio ac cibo spirituali iubinde refice, præsertim in extremo huius æui nostri termino, vt nec in vita, nec in morte abs te, & immensa tua misericordia vnquam separemur. Qui cum Deo Patre, &c.

Salutatio Domini nostri IESV CHRISTI.

AVE Domine Iesu Christe, Rex benedicte, verbum Patris, Filius virginis, Agnus Dei, salus mundi, hostia sacra, verbum caro factum, fons pietatis.

Aue Domine Iesu Christe, Rex benedicte, laus Angelorum, gloria Sanctorum, visio pacis, Deitas integra verus homo factus, flos & fructus Virginis matris.

Aue Domine Iesu Christe, Rex benedicte, lumen cœli, pretium mundi, gaudium nostrum, panis Angelorum, cordis iubilus, Rex & sponsus virginitatis.

Aue Domine Iesu Christe, Rex benedicte, splendor Patris, Princeps pacis, ianua cœli, panis viuus, flosculus campi, Virginis partus, vas puritatis.

Aue Domine Iesu Christe, Rex benedicte, vita dulcis, veritas perfecta, præmium nostrum, charitas summa, fons amoris, dulcedo & pax durabilis, requies nostra, vita perennis, miserere nobis. Pater noster. Aue Maria.

Alia salutatio Domini IESV.

AVE benignißime Domine IESV Christe, victor mortis, largitor gratiarum omniumq; mœstorum cordium consolator; consolari me digneris secundum beneplacitum sanctissimæ voluntatis tuæ, Amen. Pater noster. Aue Maria.

Alia Salutatio.

BEnedictum sit dulce nomen Domini nostri Iesu Christi, & glorio-

ſiſsimæ Virginis Mariæ matris eius in æternum & vltra, Amen. Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria, &c.

Iulii Secundi Oratio manè & veſperi.

AVE benigniſsime Domine IESV Christe, gratia plenus, misericordia tecum, benedicta ſit paſsio, crux, vulnera, & mors tua, & benedictus ſit ſanguis vulnerum tuorum in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oratio S. Franciſci ad Ieſum.

O Domine Ieſu Christe, crucifixe Deus, & Rex glorioſe, illumina tenebras cordis mei, & da mihi fidem rectam, ſpem certam, & charitatem perfectam, ſenſum rectum, & intellectum perfectum, vt faciam tuum ſanctum & verax mandatum in finem beatum.

Oratio deuota in fine officii, pro conſequenda omnium defectuum in illo recitando humana fragilitate admiſſorum plenaria remiſsione: per Leonem Papam X. conceſſa.

Sacro-

SAcroſanctæ & indiuiduæ Trinitati, crucifixi Domini noſtri Ieſu Christi humanitati, Beatiſsimæ ac glorioſiſsimæ Virginis Mariæ fæcunditati, atq; integritati, & omnium Sanctorum vniuerſitati: ſit ſempiterna laus, honor, virtus & gloria, ab omni creatura, nobiſq; remiſsio peccatorum per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

Beata viſcera Mariæ Virginis quæ portauerunt æterni Patris Filium: & beata vbera quæ lactauerunt Christum Dominum, Amen.

Pater noster. Aue Maria, *pro fælici ſtatu S. Romanæ Eccleſiæ.*

Oratio ad Ieſum.

BOne Ieſu, Verbum Patris, ſplendor æternæ gloriæ, in quem deſiderant Angeli proſpicere, doce me facere voluntatem tuam, vt à Spiritu tuo bono deductus, ad beatam illam perueniam ciuitatem: vbi eſt dies æternus, & vnus omnium ſpiritus: vbi eſt certa ſecuritas, & ſecura æternitas, & æterna tranquillitas, & tranquilla fœlicitas,

tas,

tas, & fœlix suauitas, & suauis iucunditas: vbi tu Deus cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Oratio sancti Bonauenturæ.

O Domine Iesu Christe, cor meum tuis vulneribus saucia, & tuo sanguine inebria mentem meam: vt quocunque me vertam, te semper videam crucifixum: quidquid aspero, mihi appareat tuo sanguine rubricatum, vt sic totus in te tendens, nihil præter te valeam inuenire, nihil præter tua vulnera valeam intueri. Hæc mihi sit consolatio magna, tecum mi Domine IESV vulnerari, hæc mihi sit intima afflictio, à te vel ad modicum separari, vel de te non meditari. Non quiescat cor meum bone IESV, donec te inueniat centrum suum, ibi cubet, ibique terminet appetitum suum.



* * *

LITANIÆ BEATISSIMÆ DEI GENITRICIS MARIÆ.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Beatam me dicent omnes generationes: quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Saluator mundi,
Adiuua nos.
Pater de cælis Deus, Mis

Fili Redemptor mundi Deus,
Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus,
Miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus,
Miserere nobis.
Sancta Maria.
Sancta Dei genitrix.
Sancta Virgo Virginum.
Mater Christi.
Mater diuinæ gratiæ.
Mater purissima.
Mater castissima.
Mater inuiolata.
Mater intemerata.
Mater amabilis.
Mater admirabilis.
Ora pro nobis.

Mater creatoris.
Mater saluatoris.
Virgo prudentissima.
Virgo veneranda.
Virgo prædicanda.
Virgo potens.
Virgo clemens.
Virgo fidelis.
Speculum iustitiæ.
Sedes sapientiæ.
Causa nostræ lætitiæ.
Vas spirituale.
Vas honorabile.
Vas insigne deuotionis.
Rosa mystica.
Turris Dauidica.
Turris eburnea.
Ora pro nobis.

Domus aurea.
Fœderis arca.
Ianua cæli.
Stella matutina.
Salus infirmorum.
Refugium peccatorum.
Consolatrix afflictorum.
Auxilium Christianorum.
Regina Angelorum.
Regina Patriarcharum.
Regina Prophetarum.
Regina Apostolorum.
Regina Martyrum.
Regina Confessorum.
Regina Virginum.
Regina Sanctorum omnium.

Ora pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.
Agnus. Exaudi nos Dñe.
Agnus. Miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.
Pater noster, &c.

℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix:
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

Gratiam tuam quæsumus Domine, mentibus nostris infunde: vt qui Angelo nunciante Christi Filij tui incarnationem cognouimus; per Passionem eius & Crucem ad resurrecti-

onis gloriam perducamur. Et tu ô Domina nostra, cælorum Regina & imperatrix gloriosissima, in tuam benedictam fidem atque singularem tutelam, & in sinum misericordiæ tuæ nos suscipe. Tibi hodie, & quotidie, & in hora exitus nostri, animas nostras, corpora nostra, fortunas nostras, totam vitam nostram & vitæ finem commendamus: vt per tuam sanctissimam intercessionem, & per tua merita, omnia nostra dirigantur, & disponantur, cogitationes, verba, & opera, secundum tuam, tuique Filij voluntatem. Per eundem Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum: Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, in sæcula sæculorum,
Amen.

Oratio ad Deiparam Virginem Mariam.

MEmento Dulcissima Mater illius venerandæ stationis, qua tuo tam beato filio adstitisti in cruce pendenti, & reduc quæso ad memoriam cogitationes cordis tui, & innocentis animæ tuæ angustias, quas tunc habuisti, quando ille vnigenitus tuus immolatus est in oculis tuis, & recogita quod omnia pro peccatoribus tolerare voluit, quorum ego vnus sum, ipse enim morte sua meruit, vt essem frater suus. Ergo ne dedigneris piissima mater, quin & ego sim filius tuus, ad te ô vnica spes, miserorum confugio, plenus fiducia, tibi me ipsum, & omnes necessitates meas, & fideles tuos mihi commissos deuotè recommitto: te hodie matrem te patronam super omnia eligo & præopto. Noli ergo piissima mater spernere me miserum peccatorem N. propter peccata mea nimia, & noli me abijcere à misericordia tua propter eum qui amore mei nudus & dilaceratus pependit in cruce ante te, sed respicere me digneris tua dulcissima gratia, sicut te cum Ioanne respexit Iesus Christus Dominus noster, & redemptor, qui est benedictus in sæcula, Amen.

Oratio ad gloriosißimam Virginem MARIAM.

O Pulcherrima mulierum famosissima Virgo Maria, in cuius conspectu humana mens lætatur, cuius pulchritudinem Angeli mirantur: cuius caput humilitas, oculi pietas cuius manus & brachia refugiũ pauperum & tutamen: cuius totum corpus plenum gratia: cuius habitus gloriosissimus paradisus. O Regina nobilissima, O Aaron virgo florida. O Hester humilis & ornata. O Iudith pulcherrima quæ caput abscidit Holofernis. O funda Dauidis cuius lapis Goliam interfecit. O rubus ardens: Rachel desiderata: iusta Sara: vellus irroratum Sinai. O Cedrus altissima. Isopus humilitatis & lilium Virginitatis. O singularis Domina, figuris & ænigmatibus laudabiliter prænuntiata, ante sæcula & ab æterno ordinata, & ab Archangelo Gabriele venerabiliter & officiosissimè salutata. O rosa præfulgida sancti Spiritus gratia obumbrata: memorare virginũ sanctissima de Archangelica illa salutatione mirifica: per gratiã omnipotentissimam & admirabilem dispensationem Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis tibi factam. Cogita de primo salutamine tuo, Aue gratia plena Dominus tecum. Recolle, quia plena gratia diceris, & de plenitudine gratiæ tuæ me miserum misericorditer visere. Memento, quia tecum Dominus & in te requieuit: & da mihi Virgo dulcissima vt idem Filius Dominus noster IESVS Christus mihi semper assit placabilis & benignus. Reminiscere quia benedicta inter mulieres nominaris, & benedic sensibus meis, quia es à creaturis omnibus benedicta. Benedicat te cor meum, veneretur te conscientia mea, exaltet te intellectus & ratio mea. Scio enim matrẽ te fore gratiæ, mundi Dominam, & cœli Reginam. Ideo non de meis meritis, sed de tua gratia confidens, te petere præsumo: aperi mitissima Domina ostiũ exauditionis

precibus meis, & concede, vt contra omnes tentationes spirituũ malignorum in virtute tuæ Angelicæ salutationis viriliter possim corporis & animæ inimicis resistere, & omnia phantasmata superare: extingue omne incendium libidinis, & cor mundum in me crea: confer & perfice hæc & visita me, quo es sancti Spiritus gratia obumbrata. O pijssima & dulcissima Virgo Maria, inter Deum & hominem mediatrix benedicta: ô salutis humanæ exordium, via gratiæ, ianua vitæ, mater pietatis, ex nunc te in adiutorium precibus humilimis inuoco, & ad tuum potentissimũ auxilium confisus accedo, vt tam salutaria, tam necessaria, tam desiderabilia dona quæ animo feruenti & puro desiderio postulo, precibus tuis supplicibus obtinere valeam; apud illum qui te sibi in matrem prælegit: qui potens est de lapidibus suscitare filios Abrahæ: & mihi humili famulo tuo spiritum sapientiæ & intellectus, spiritum consi-

lij & fortitudinis, spiritum scientiæ & pietatis, spiritum timoris sui in cor & animam meam mittere dignetur: vt Dei sapientia & scientia repletus, stabilitatem & perfectionem habeam, memoriæ perseuerantiã, firmam eloquentiam, & facundiam insuperabilem & permanentem; vt omnes sensus corporis & animæ meæ tantis sint muneribus fundati ac stabilitati, sic vt cùm vitã præsentem finiero, me perducere digneris in conspectu Filij tui Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto coæternus & consubstantialis viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

In nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

SS. TRINITAS VNVS DEVS, miserere nobis.

Domine IESV Christe Deus de Deo, miserere mihi seruo tuo.

Sancta Virgo MARIA, ora pro nobis.

DEcies millies te benedicant Virgo mater gloriosa Maria, omnes sancti Angeli & Archangeli, vniuersique curiæ cœlestis spiritus, cum quibus speramus te aliquando videre, colereque in cœlo, Amen.

Vicies millies te benedicant Virgo mater gloriosa Maria, omnes sancti Patriarchæ, Prophetæ, Innocentes, sanctus Ioannes Baptista, & omnes sancti veteris Testamenti, cum quibus speramus te aliquando videre, colereque in cœlo, Amen.

Tricies millies te benedicant Virgo mater gloriosa Maria, omnes sancti Apostoli, Discipuli Domini, Euangelistæ, omnesque gloriosi Martyres, cum quibus speramus

mus.

mus te aliquando videre, colereque in cœlo, Amen.

Quadragies millies te benedicāt Virgo mater gloriosa Maria, omnes sancti Confessores, Doctores, Episcopi, Monachi, Eremitæ, Vidui, Coniugati, cum quibus speramus te aliquando videre, colereque in cœlo, Amen.

Quinquagies millies te benedicant Virgo mater gloriosa Maria, sancta Anna mater tua, Helizabeth, Mariæ cognatæ tuæ, Marta, Magdalena, omnes sanctæ Virgines, Viduæ, Coniugatæ, cum quibus speramus te aliquando videre, colereque in cælo, Amen.

Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe.

Sancte

Sancte Michael Archangele defende nos, ne in extremo iudicio, æterno damnemur supplicio.

Sancte Stanislae, Venceslae, Floriane, Adalberte, Hyacincte, Francisce, Casimire, Canti, & omnes Sancti & Sanctæ Dei, orate pro nobis.

Deus propitius esto mihi indigno misero peccatori.

Pater noster, &c. Aue Maria, &c. ter.

Oratio ad Beatam Virginem Mariam.

AVE Virgo Virginum cœlorum Regina, Aurem te petentibus clementer inclina. Salue cœli ciuibus tu ô vernans rosa, Nos benigne visere ne sis tædiosa. Seruos quæ remuneras tibi semper gratos, Nos quanquam immeritos tecum fac beatos.

Alia Oratio.

AVE Virgo gratiosa, stella luce clarior, Mater Dei gloriosa fauo mellis dulcior: Rubicunda plusquam rosa, lilio candidior; Omnis virtus te decorat, omnis Sanctus te honorat in cœlo sublimior. Pater noster.

Alia Oratio.

SAncta Maria Virgo virginum, mater & filia Regis Regum omnium, tuum nobis impende solatium, vt cælesti regni per te mereamur habere præmium, & cum electis Dei regnare in perpetuum. Amen.

Alia Oratio.

SAncta Maria piarum pijssima, intercede pro nobis sanctarum sanctissima, vt per te Virgo gloriosa sumat nostra precamina, qui pro nobis ex te natus regnat super æthera, vt sua pietate nostra deleantur peccamina, Amen.



ITINERARIVM.

In ipso itineris ingressu, si solus fuerit dicat in singulari, si cum sociis in plurali.

Antiphona.

In viam pacis. *Canticum.*

Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorũ: quia sæculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.

Vt sine timore, & de manu inimicorum nostrum liberati: seruiamus illi.

In san-

In sanctitate, & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebis eius: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri & Filio, &c.

Postea repetatur Antiphona. In viam pacis, & prosperitatis dirigat me, *si fuerit solus*, nos, *si fuerint socii*, omnipotens, & misericors Dominus, & Angelus Raphael comitetur mecum, *vel* nobiscum, in via, vt cum pace, salute, & gaudio reuertar, *vel* reuertamur ad propria.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. *Secreto.*

℣. Et

℣. Et ne nos inducas in tentationem:
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Saluos fac seruos tuos:
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Mitte nobis Domine auxilium de sancto:
℟. Et de Sion tuere nos.
℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis:
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis:
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Benedictus Dominus die quotidie,
℟. Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.
℣. Vias tuas Domine demonstra nobis.
℟. Et semitas tuas edoce nos.
℣. Vtinam dirigantur viæ nostræ.
℟. Ad custodiendas iustificationes tuas.
℣. Erunt praua in directa.
℟. Et aspera in vias planas.

℣. An-

℣. Angelis suis Deus mandauit de te.
℟. Vt custodiant te in omnibus vijs tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEvs qui filios Israel per maris medium sicco vestigio ire fecisti: quique tribus Magis iter ad te stella duce pandisti: tribue nobis quæsumus, iter prosperum, tempusque tranquillum: vt Angelo tuo sancto comite ad eum, quo pergimus, locum, ac demum ad ęternę salutis portum peruenire fœliciter valeamus.

DEvs, qui Abraham, puerum tuum, de Vr Chaldæorum eductũ, per omnes suæ peregrinationis vias illæsum custodisti: quæsumus, vt nos famulos tuos custodire digneris. Esto nobis Domine in procinctu suffragium, in via solatium, in æstu vmbraculum, in pluuia, & frigore tegumen-

tum,

tum, in lassitudine vehiculum, in aduersitate præsidium, in lubrico baculus, in naufragio portus: vt te duce, quo tendimus, prospere perueniamus, & demum incolumes ad propria redeamus.

ADesto, quæsumus Domine, supplicationibus nostris, & viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone; vt inter omnes viæ, & vitæ huius varietates tuo semper protegamur auxilio.

PRÆsta quæsumus omnipotens Deus, vt familia tua per viam salutis incedat, & beati Ioannis præcursoris hortamenta sectando, ad eum, quem prædixit secura perueniat Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat, in vnitate spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum.

℣. Amen.

℟. Procedamus in pace.

℟. In nomine Domini, Amen.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES cum Litaniis.

Dicuntur flexis genibus.



ANTIPHONA.

NE reminiscaris DOmine delicta nostra, vel Parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

In Nomine Patris & Filij &
Spiritus ſancti, Amen.

ORATIO.

Corde & ore oramus, pro remiſſi-
one culparum, & condonatio-
pœnarum, pro augmento gratiæ & e-
mendatione vitæ, pro cuſtodia corpo-
ris & animæ contra omnia tũ præſen-
tia tum imminentia pericula ac infe-
ſtationes, calamitates, miſerias: deni-
pro ſuperioribus noſtris, amicis, be-
nefactoribus, atque adeò omnibus in
vniuerſũ Chriſtianis, in bona vel ma-
la Dei gratia conſtitutis, ſanis, ægris
& mortuis. Audi nos Deus ſancte
Deus fortis, Deus immortalis, omni-
potens Dñe cæli & terrę: tu ſolus no
indignas, & viliſsimas creaturas for-
maſti & redemiſti, tu ſolus iuſtificare
& ſaluare potes. Da nobis intellectũ
voluntatem & vires, vt à malo ad bo-
nũ conuerſi te in vera fide timeamus
& amemus, tibi iugiter gratias aga-
mus, & ſeruiamus, ita vt te dignũ eſt
& nos obligati ſumus, Amen.

PSALMVS VI.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam cõturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine vſquequo? Conuertere Domine & eripe animã meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, la-

uabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit. Erubeſcant & conturbentur vehemẽter omnes inimici mei: conuertentur, & erubeſcant valde velociter. Gloria Patri, & Filio, & Spi-

ritui ſancto: Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum Amen.

PSALMVS XXXI.

Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea: dum clamarẽ tota die Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſ⁹ ſum in ęrumna mea dum configitur ſpina. Delictum meum cognitum tibi

feci: & iniustitiam meã non abscondi. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tẽpore opportuno. Verũtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus. In chamo & fræno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantem autẽ in Domino misericordia circumdabit. Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Gloria Patri, &c.

PSALMVS xxxvij.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi:

& confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis, à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus grauæ grauatæ sunt super me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ: à facie insipientiæ meæ. Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in car-

ne mea. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus. Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Amici mei & proximi mei: aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et qui iuxta me erant de longè steterunt: & vim faciebant qui quærebant animā meam. Et qui inquire-

bant mala mihi, locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo nō audiens: & non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te Domine speraui: tu exaudies me Domine Deus meꝰ. Quia dixi, ne quando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderūt me iniquè. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebāt mihi: quoniam sequebar bonitatē: Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me. Intende in adiutorium meū: Domine Deus salutis meæ. Gloria Patri, & Filio. &c.

PSALMVS L.

MIſerere mei Deus: ſecun-
dum magnã miſericor-
diã tuam. Et ſecundùm mul-
titudinem miſerationum tu-
arum: dele iniquitatem meã.
Amplius laua me ab iniqui-
tate mea: & à peccato meo
munda me. Quoniam ini-
quitatem meam ego cogno-
ſco: & peccatum meum cõ-
tra me eſt ſemper. Tibi ſo-
li peccaui, & malum coram
te feci: vt iuſtificeris in ſer-
monibus tuis, & vincas cùm
iudicaris. Ecce enim in ini-
quitatibus conceptus ſum:

& in peccatis concepit me
mater mea. Ecce enim veri-
tatem dilexiſti; incerta &
occulta ſapientiæ tuæ mani-
feſtaſti mihi. Aſperges me
Domine hyſſopo & munda-
bor: lauabis me, & ſuper ni-
uẽ dealbabor. Auditui meo
dabis gaudium & lætitiam:
& exultabunt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuam à pec-
catis meis: & omnes iniqui-
tates meas dele. Cor mun-
dum crea in me Deus: & ſpi-
ritum rectũ innoua in viſce-
ribus meis. Ne proijcias me
à facie tua: & Spiritum ſan-

ctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuã. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudẽ tuam. Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem: vtique holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritũ & humiliatum Deus non de-

spicies. Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificẽtur muri Hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Gloria Patri, & Filio, &c.

PSALMVS CI.

DOmine exaudi orationẽ meam: & clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam à me: in quacũque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacunque die inuocauero te: ve-

lociter exaudi me. Quia defecerũt sicut fum⁹ dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei: adhæsit os meum carni meæ. Similis factus sum pellicano solitudinis: & factus sũ sicut nycticorax in domicilio. Vigilaui: & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant. Quia cinerem tan-

quam panem manducabam: & potum meum cum fletu miscebam. A facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem. Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebũtur. Et timebunt Gentes no-

men tuum Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam. Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua. Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit preces eorum. Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit Dominum. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cælo in terram aſpexit. Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorũ. Vt anuncient in Sion nomen Domini: & laudẽ eius in Hie-

rusalem. In conueniendo populus in vnum: & Reges vt ſeruiant Domino. Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui. Initio tu Domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui

non deficient. Filij seruorum tuorũ habitabũt: & semẽ eorũ in sæculũ dirigetur. Gloria Patri, &c.

PSALMVS CXXIX.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ. Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est: & propter legẽ tuam, sustinui te Domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea

in Domino. A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in Domino. Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria Patri & Filio, &c.

PSALMVS CXLII.

DOmine exaudi orationẽ meam, auribus percipe obsecrationẽ meam: in veritate tua, exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspe-

ctu tuo omnis viuens. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam : humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi, & anxiatus eſt in me ſpiritus meus : in me turbatum eſt cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis:& in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te:anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me Domine : defecit ſpiritus meus. Non auertas

faciem tuam à me : & ſimilis ero deſcendentibus in lacũ. Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam : quia in te ſperaui. Notam fac mihi viam in qua ambulem : quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis Domine : ad te confugi Doce me facere voluntatem tuam,quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam : propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meam : & in miſeri-

ſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam : quoniam ego ſeruus tuus ſum. Gloria Patri, & Filio : & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper ; & in ſæcula ſæculorum Amen. Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte immortalis, Miſerere nobis.

ANTIPHONA

Ne reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum : neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

LITANIÆ.

Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Saluator mundi,
Adiuua nos.
Pater de cælis Deus, Miſe.
Fili Redemptor mundi Deꝰ.
Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus. Miſ.
Sancta Trinitas vnus Deus.
Miſerere nobis.
Sancta Maria. Ora ꝑ nobis.
Sancta Dei genitrix. Ora.
Sancta Virgo virginum Ora.

Sancte Michael, Ora.
Sancte Gabriel, Ora.
Sancte Raphael, Ora.
Omnes ſancti Angeli, & Archangeli, Orate pro nobis.
Omnes ſancti beatorum ſpirituū ordines, Orate pro no.
San. Ioannes Baptiſta, Ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, Orate pro nobis.
Sancte Petre, Ora.
Sancte Paule, Ora.
Sancte Andrea, Ora.
Sancte Ioannes, Ora.
Sancte Thoma, Ora.
Sancte Iacobe, Ora.
Sancte Philipe, Ora.

Sancte Bartholomæe, Ora.
Sancte Matthæe, Ora.
Sancte Simon, Ora.
Sancte Thadeæ, Ora.
Sancte Matthia, Ora.
Sancte Barnaba, Ora.
Sancte Luca, Ora.
Sancte Marce, Ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, Orate pro no.
Omnes ſancti diſcipuli Domini, Orate pro nobis.
Omnes ſancti innocentes, Orate pro nobis.
Sancte Stephane, Ora
Sancte Laurenti, Ora.
Sancte Vincenti, Ora.

Sancti Fabiane & Sebastiane,
Orate pro nobis.
Sancti Ioannes & Paule,
Orate pro nobis.
S. Cosma & Damiane, Orate.
S. Geruasi & Protasi, Orate.
Sancte Christophore, Ora.
Omnes sancti Martyres,
Orate pro nobis.
Sancte Syluester, Ora.
Sancte Gregori, Ora.
Sancte Ambrosi, Ora.
Sancte Augustine, Ora.
Sancte Hieronyme, Ora.
Sancte Martine, Ora.
Sancte Nicolae, Ora.
Sancte Stanislae, Ora.

Sancte Venceslae, Ora.
Sancte Adalberte, Ora.
Sancte Floriane, Ora.
Sancte Valentine, Ora.
Sancte Casimire, Ora.
Omnes sancti Pontifices, &
Cõfessores, Orate pro.
Omnes sancti Doctores,
Orate pro nobis.
Sancte Benedicte, Ora
Sancte Antoni, Ora
Sancte Bernarde, Ora
Sancte Dominice, Ora.
Sancte Hyacincte, Ora.
Sancte Francisce, Ora.
Omnes sancti Sacerdotes &
Leuitæ, Orate pro nobis.

Omnes ſancti Monachi & Eremitæ, Orate pro nob.
Sancta Maria Magdalena, Ora pro nobis.
Sancta Anna,
Sancta Agatha,
Sancta Lucia,
Sancta Agnes,
Sancta Cæcilia,
Sancta Catherina,
Sancta Margarita,
Sancta Dorothæa,
Sancta Barbara,
Sancta Anaſtaſia,
Sancta Elizabeth,
Sancta Heduigis,
Sancta Vrſula,
Ora pro nobis.

Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ, Orate pro nobis.
Omnes ſancti & ſanctæ Dei, Intercedite pro nobis.
Propitius eſto, Parce nobis Domine.
Propitius eſto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo,
Ab omni peccato,
Ab ira tua,
A ſubitanea & improuiſa morte,
Ab inſidijs diaboli,
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate,
A ſpiritu fornicationis,
Libero nos Domine.

A fulgure & tempeſtate.
A morte perpetua.
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ.
Per aduentum tuum.
Per natiuitatem tuam.
Per babtiſmum tuum & ſanctum ieiunium tuum.
Per crucem & paſsionem tuam.
Per mortem & ſepulturam tuam.
Per ſanctam reſurrectionem tuam.
Per admirabilem aſcenſionem tuam.
Per aduentum Spiritus

Libera nos Domine.

Sancti Paraclyti. Libera nos Domine.
In die Iudicij, Libera nos Domine.
Peccatores.
Vt nobis parcas.
Vt nobis indulgeas.
Vt ad veram pœnitentiã nos perducere digne.
Vt Eccleſiam tuam ſanctam regere & conſeruare digneris.
Vt domnum Apoſtolicũ & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris.

Te rogamus audi nos.

Vt inimicos ſanctæ Eccle-
ſiæ humiliare digneris.
Vt Regibus & Principi-
bus Chriſtianis pacẽ,
& veram concordiam
donare digneris.
Vt cuncto populo Chri-
ſtiano pacem & vnita-
tem largiri digneris.
Vt noſmetipſos in tuo ſã-
cto ſeruitio confortare
& conſeruare digneris.
Vt mentes noſtras ad cæ-
leſtia deſideria erigas.
Vt omnibus benefactori-
bus noſtris, ſempiterna
bona retribuas.

Te rogamus audi nos.

Vt animas noſtras, fratrum,
propinquorum, & benefa-
ctorum noſtrorum, ab æ-
terna damnatione eripias.
Te rogamus audi nos.
Vt fructus terræ dare & cõ-
ſeruare digneris.
Te rogamus audi nos.
Vt omnibus fidelibus de-
functis requiem æternam
donare digneris.
Te rogamus audi nos.
Vt nos exaudire digneris.
Te rogamus audi nos.
Fili Dei. Te rogamus.
Agnus Dei, qui tollis pecca-
ta mũdi. Parce nobis Dñe.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Miſ. nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleyſon.
Chriſte eleyſon.
Kyrie eleyſon.
Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationẽ:
℟. Sed libera nos à malo.

PSALMVS LXIX.

DEvs in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina.

Confundantur & reuertantur, qui quærunt animam meam.

Auertantur retrorſum & erubeſcant, qui volunt mihi mala.

Auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant ſemper magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego verò egenus & pauper ſum: Deus adiuua me.

Adiutor meus & libera-

tor meus es tu : Domine ne moreris.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper, &c.

℣. Saluos fac seruos tuos:
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Esto nobis Dñe turris fortitudinis:
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis:
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis:
℟. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
℣. Oremus pro Pontifice nostro N.
℟. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatū faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.

℣. Oremus ꝓ benefactoribus nostris:
℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam.
℣. Oremus pro fidelibus defunctis.
℟. Requiem æternam dona eis Dñe, & lux perpetua luceat eis.
℣. Requiescant in pace:
℟. Amen.

ORATIO.

DEvs, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram : vt nos & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat.

EXaudi quæsumus Domine supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis : vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacē.

INeffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende : vt simul nos, & à peccatis omnibus

exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEvs, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte.

OMnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. & dirige eum secundum tuam clementiam, in viam salutis æternæ: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

QVæsumus omnipotens DEvs, vt famulus tuus N. Rex noster, qui tua miseratione suscepit Regni gubernacula: virtutum etiam omnium percipiat incrementa.

DEvs, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

VRE igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum Domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium DEvs omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorũ tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt, piјs supplicationibus consequantur.

ACtiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio & operatio, à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

OMnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris, simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide, & opere futuros esse præ noscis: te supplices exoramus, vt pro quibus effundere preces decreuimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus

omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuũ, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam:
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Exaudiat nos omnipotens & misericors Dominus: ℟. Amen.

Fidelium animæ per misericordiam Dei, requiescant in pace. ℟. Amen.

ORATIO POST LITANIAS dicenda.

Plentisſime Deus, qui iniquitatum ad te conuersorum non recordaris, sed eorum gemitus clementer exaudis: respice templa tua infidelium manibus profanata, & tui dilecti gregis afflictionem: reminiscere hæreditatis tuæ, effusio-

ne pretiosissimi sanguinis tui vnigeniti acquisitæ: vineamque tuam plantatam dextera, quam ferus aper exterminare conatur, feruenter visita: ac illius cultores aduersus deuastantium rabiem tua virtute corrobora, victores effice: in eaque bene operantes tui fac regni possessores. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum, Amen.



* * *

ORATIONES SANCTÆ BRIGIDÆ.



Oratio prima.

O Domine IESV Christe æterna dulcedo, & amantium iubilus, excedens omne gaudiũ, & omne desiderium, salus & amator pœnitentiũ peccatorum, qui delitias tuas attestatus es esse cum filijs hominum, propter

pter

pter hominem homo factus in fine temporum. Memento omnis præmeditationis & intimi mœroris, quem ab initio conceptionis tuæ in humana natura sustinuisti, maximè instante saluberimæ passionis tuæ tempore, in diuino corde ab æterno præordinato. Memento tristitiæ & amaritudinis, quam in anima tua teipso attestante habuisti, quando dixisti: Tristis est anima mea vsq; ad mortem, & quando in vltima cœna discipulis tuis corpus & sanguinem tuum tradidisti, pedes eorum lauisti, & dulciter eos consolando, imminentem passionem tuam prædixisti. Memento tremoris, angustiæ, & doloris, quæ in toto corpore tuo delicato, ante passionem crucis tuæ pertulisti, quando per trinam orationem sanguineum sudorem fudisti, à discipulo proprio tradebaris, ab electa gente capiebaris, à falsis testibus accusabaris, à tribus iudicibus iniustè iudicabaris, in electa Ciuitate in Paschali tempore, in flo-

rida

rida corporis tui iuuentute innocenter damnabaris, tradebaris, conspuebaris, veste propria exuebaris, vestibus alienis induebaris, colaphisabaris, oculis & facie velabaris, alapis cędebaris, ad columnam ligabaris, flagellabaris, spinis coronabaris. O dulcissime Iesu, da mihi quæso memoriam harum pœnarum & passionum, ante crucis tuæ passionem, veram ante mortem meam contritionem, & omnium peccatorum meorum remissionem, Amen.

Aue dulcissime Iesu Christe, miserere mihi peccatori. Pater noster. Aue Maria.

Oratio secunda.

O Iesu vera libertas Angelorum, & Paradisus deliciarum, memento terroris & horroris quos sustinebas, quando omnes inimici tui quasi leones ferocissimi te circumsteterunt, & collaphisationibus, consputionibus, vngulationibus, cæterisq; inauditis supplicijs te molestauerunt, & per omnia

mnia contumeliosa verba, dura verbera, durissimaq; tormenta, quibus te omnes inimici tui affixerũt, deprecor te, vt liberes me ab omnibus inimicis meis, visibilibus & inuisibilibus, & dones mihi sub vmbra alarum tuarum protectionem salutis æternæ inuenire, Amen.

Aue dulcissime Iesu Christe, miserere mihi peccatori. Pater noster Aue Maria.

Oratio tertia.

O Iesu mundi fabricator & creator, quem nulla dimensio vero termino metitur, qui terram palma concludis: recordare amarissimi doloris tui, quem sustinebas dũ sanctissimas manus tuas ad crucem obtusis clauis primo affixerunt, & ad perforandum delicatissimos pedes tuos, cum non esses conueniens voluntati eorum, dolorem super dolorem addiderunt vulneribus tuis, & ita crudeliter distraxerunt & extenderunt in longum & latum crucis tuæ, vt dissoluerent om

nes compages membrorum tuorum: Precor te, per huius sanctissimi & amarissimi in cruce doloris memoriã, des mihi timorem & amorem tuum, Amen.

Aue dulcissime Iesu Christe, miserere mihi peccatori. Pater noster Aue Maria.

Oratio quarta.

O Iesu cælestis medice, recordare languori, & doloris atque honoris quos in alto crucis patibulo, leuatus, passus, & in omnibus dilaceratis mẽbris tuis, quorum nullum in suo statu recte permanserat, ita vt nullus dolor dolori tuo inueniretur, quia à planta pedis vsque ad verticem capitis, non fuit in te sanitas, & tunc doloris omnium immemor: Patrem pro inimicis piè exorasti, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Per hanc charitatem & misericordiã, & ob memoriam doloris, concede, vt hæc memoria amarissimæ passio-

nis tuæ, sit omnium peccatorum meorum plenaria remissio, Amen.

Aue dulcissime Iesu Christe, miserere mihi peccatori. Pater noster. Aue Maria.

Oratio quinta.

O Iesu speculum claritatis æternæ, memento illius mœroris, quẽ habuisti, quando in speculo serenissimæ Maiestatis tuæ conspexisti prædestinationem electorum tuorum per merita passionis tuæ saluandorum, & reprobationem malorum, in multitudinem damnandorum, & per abyssũ miserationis tuæ, qua perditis & desperatis peccatoribus tunc condoluisti, & præcipuè quam latroni in cruce exhibuisti, dicens: Hodie mecum eris in Paradiso. Rogo te pie Iesu, vt facias mecum misericordiam tuam in hora mortis meæ, Amen.

Aue dulcissime Iesu Christe, miserere mihi peccatori. Pater noster. Aue Maria.

Oratio ſexta.

O Ieſu Rex amabilis, totuſq; deſiderabilis, memento mœroris quem habuiſti, quando nudus & miſerabilis in Cruce pependiſti, & amici ac noti tui aduerſus te ſteterunt, & nullam conſolationem inueniebas, niſi ſolam dilectam genitricem in agone tibi fideliſsime adſiſtentem, quam diſcipulo tuo commendaſti, dicens: Mulier ecce Filius tuus, & ad diſcipulum tuum: Ecce mater tua. Rogo te pie Ieſu, per gladium doloris, qui tūc eius animam pertranſiuit, vt compatiaris mihi in omnibus tribulationibus & afflictionibus meis corporalibus & ſpiritualibus, da mihi conſolationem in omni tempore tribulationis meæ, Amen.

Aue dulciſsime Ieſu Chriſte, miſerere mihi peccatori. Pater noſter. Aue Maria.

Oratio ſeptima.

O Ieſu fons inexhauſtæ pietatis, qui ex intimo dilectionis affectu, in

Cruce dixiſti: Sitio, ſcilicet ſalutem humani generis: Accende quæſumus noſtrum deſiderium ad omne opus perfectum, & ſitim carnalis concupiſcentiæ, & æſtum mundanarum dilectionum in nobis penitus refrigera & extingue, Amen. Aue dulciſsime Ieſu Chriſte, miſerere mihi peccatori. Pater noſter. Aue Maria.

Oratio Octaua.

O Ieſu dulcedo cordium, ingenſq; ſuauitas mentium, per amaritudinē aceti & fellis, quam pro nobis ſuſtinuiſti in cruce & guſtaſti: concede nobis miſeris peccatoribus, corpus & ſanguinem tuum omni tempore, & præcipuè in hora mortis noſtræ digne percipere, ad remediū & conſolationem animarum noſtrarum, A.

Aue dulciſsime Ieſu Chriſte, miſerere mihi peccatori. Pater noſter. Aue Maria.

Oratio nona.

O Ieſu Regalis virtus, iubiluſque mentalis, memento anguſtiæ, quā

passus es, quando per mortis amaritudinem, & Iudæorum insultationē, cum magna voce te à Deo Patre derelictum clamasti, dicens: Heli, Heli, lamazabathani, quod est: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Per hanc angustiam peto vt in angustijs mortis meæ non derelinquas me Domine Deus meus, Am̄.

Aue dulcissime Iesu Christe, miserere mihi peccatori. Pater noster. Aue Maria.

Oratio decima.

O Iesu Alpha & vnio, & virtus in omni medio, recordare quod à summo capite vsque ad plantam pedis, pro nobis in aqua passionis te demersisti, propter latitudinem & longitudinem vulnerum tuorum, doce me per veram charitatem custodire latū mandatum tuum, nimis in peccatis demersum, Amen.

Aue dulcissime Iesu Christe, miserere mihi peccatori. Pater noster. Aue Maria.

Oratio vndecima.

O Iesu abyssus profundissimæ misericordiæ, rogo te propter profunditatem vulnerum tuorum, quæ transierunt carnem tuam, & medullam ossium & intima viscerum tuorum, vt me submersum in peccatis emergas, & abscondas me in foraminibus vulnerum tuorum à facie iræ tuæ, donec pertranseat furor tuus Domine, Am̄.

Aue dulcissime Iesu Christe, miserere mihi peccatori. Pater noster. Aue Maria.

Oratio duodecima.

O Iesu veritatis speculum, vnitatis signum, & charitatis vinculum, memento innumerabilium vulnerum tuorum, quibus à summo capite vsque ad ima pedum vulneratus fuisti, & ab impijs Iudæis laceratus, & sanctissimo sanguine tuo rubricatus, quam magnitudinē doloris tui in virginea carne tua pertulisti pro nobis pie Iesu. Quid vltra facere debuisti quod non fecisti? Scribe quæso om-

nia vulnera tua in corde meo preciosissimo sanguine tuo, vt in illis legam dolorem & amorem tuum, vt eorum memoria semper apud secretum cordis mei remaneat: vt dolor passionis tuæ in me quotidie renouetur, & amor augeatur, vsque dum perueniam ad te desideratum thesaurum omnium bonorum & gaudiorum repletum: quod mihi donare digneris Christe dulcissime in vita mea, Amen.

Aue dulcissime Iesu Christe, miserere mihi peccatori. Pater noster. Aue Maria.

Oratio tredecima.

O Iesu Leo fortissime Rex immortalis inuictissime memento doloris quem passus es, cum omnes vires corporis & cordis tui pœnitus defecerunt, & inclinato capite, dixisti: Consumatum est. Per hanc angustiam & dolorem tuum, miserere mei in vltima consumatione vitæ exitus mei, cum anima mea anxiata fuerit, & spiritus meus conturbatus, Amen.

Aue dulcissime Iesu Christe, miserere mihi peccatori. Pater noster. Aue Maria.

Oratio quatuordecima.

O IESV vnigenite altissimi Patris, splendor & figura substantię eius, memento obnixæ commendationis, qua Spiritum tuum Patri commendasti, dicens: In manus tuas Domine commendo Spiritum meum: & lacerato corpore, ruptoque corde, cum valido clamore, patefactis visceribus, misericordiæ tuæ pro nobis redimendis expirasti. Per hanc preciosissimam mortem tuam, deprecor te Rex Sanctorum, conforta me ad resistendum Diabolo, mundo, carni & sanguini: vt mundo mortuus, tibi soli viuam, & in nouissima hora exitus mei suscipe reuertentem ad te spiritum meum exulem & peregrinum, Amen.

Aue dulcissime Iesu Christe, miserere mihi peccatori. Pater noster. Aue Maria.

Oratio quindecima.

O Iesu vitis vera & fœcunda, memento superfluentis & abundantis effusionis sanguinis tui, quem tu de corpore tuo, sicut de botro expresso, copiosissime effudisti, quando in cruce torcular solus calcasti, & lancea militari, perfosso latere nobis sanguinem & aquam propinasti, ita vt minima gutta remaneret: tunc demum tanquam fasciculus mirrhæ in altum suspensus fuisti, & delicata caro tua euanuit, & liquor viscerum tuorum exaruit, & medulla ossium tuorum emarcuit. Per hanc amarissimam passionem tuam & preciosissimam sanguinis tui effusionem: precor te dulcissime Iesu, vulnera cor meum, vt pænitentiæ & amoris lachrymæ sint mihi panes die ac nocte, & conuerte me totaliter ad te, vt cor meum fiat tibi perpetuo habitabile, & conuersatio mea tibi placita & accepta sit, ac finis vitæ meæ ita laudabilis, vt post vitæ meæ terminum, te laudare me-

rear, cum omnibus Sanctis tuis in æternum, Amen.

Aue dulcissime Iesu Christe, miserere mihi peccatori. Pater noster. Aue Maria.

LITANIÆ DE NOMINE IESV.



Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Saluator mundi,
Adiuua nos.
Pater de cælis Deus.
Fili Redemptor mundi Deus.
Spiritus sancte Deus.
Sancta Trinitas vnus De9.
Iesu Fili Dei viui.
Iesu potentissime.
Iesu fortissime.
Iesu perfectissime.
Iesu gloriosissime.
Iesu mirifice.
Iesu iucundissime.
Iesu charissime.

Miserere nobis.

Iesu splendidior stellis.
Iesu pulchrior luna.
Iesu clarior sole.
Iesu admirabilis.
Iesu honorabilis.
Iesu humillime.
Iesu mitissime.
Iesu patientissime.
Iesu obedientissime.
Iesu dulcissime.
Iesu amator castitatis.
Iesu amator noster.
Iesu amator pacis.
Iesu speculum vitæ.
Iesu exemplar virtutum.
Iesu zelator animarum.
Iesu refugium nostrum.

Miserere nobis.

Iesu Pater pauperum.
Iesu consolator afflictorũ.
Iesu Thesaurus fidelium.
Iesu gemma preciosa.
Iesu armariũ perfectionis.
Iesu bone Pastor ouium.
Iesu stella maris.
Iesu lux vera.
Iesu sapientia æterna.
Iesu bonitas infinita.
Iesu gaudium Angelorũ.
Iesu Rex Patriarcharum.
Iesu inspirator Prophetar.
Iesu magister Apostolo.
Iesu Doctor Euangelist.
Iesu fortitudo Martyrum.
Iesu lumen confessorum.

Miserere nobis.

Iesu corona Sanctorum.
Miserere nobis.
Propitius esto.
Parce nobis Iesu.
Propitius esto.
Exaudi nos Iesu.
Propitius esto.
Ab omni malo.
Ab omni peccato.
Ab ira tua.
Ab insidijs diaboli.
A transgressione mandatorum tuorum.
Ab incursu omnium malorum.

Libera nos Iesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.

Parce nobis Iesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Exaudi nos Iesu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Miserere nobis.
Iesu audi nos.
Iesu exaudi nos.
℣. Sit nomen Domini benedictum:
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

ORATIO.

DEus qui gloriosissimum nomen IesuChristi Filii tui Domini nostri fecisti fidelibus tuis summæ suauitatis affectu amabile, & malignis spiritibus tremendum atque terribile: concede propitius, vt omnes, qui hoc nomen Iesu deuotè venerantur in terris, sanctæ consolationis dulcedinem in præsenti percipiant, & in futuro gaudium exultationis, & interminabilis beatitudinis obtineant in cœlis. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. &c.

De SS. Nomine Iesu Antiphona.

O IESV Rex gloriose inter Sanctos tuos, qui semper es laudabilis & tamen ineffabilis: tu in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos Domine Deus noster, vt in die iudicij nos collocare digneris inter Sanctos & electos tuos, Rex benedicte. Sit nomen Domini benedictum in sæcula. Ant. Solem permanet nomen eius.

Oratio quam S. Bernardinus Confessor Ordinis Minorum quotidie dicitur orasse.

O Bone Iesu, ô dulcis Iesu, ô Iesu fili Mariæ virginis, plene misericordia & veritate, ô dulcis Iesu miserere mei secundum magnam misericordiam tuam. O benigne Iesu, te deprecor per illum sanguinem tuum pretiosum quem pro nobis miseris peccatoribus effundere dignatus es in ara Crucis: vt abijcias omnes iniquitates meas: & ne me despicias humiliter te petentē, & hoc nomen tuum sanctissimum Iesus inuocantem. Hoc nomen Iesus, nomen dulce est, hoc nomen Iesus, nomen salutare est. Quid enim est Iesus, nisi Saluator? O bone Ie[illegible] me creasti & redemisti tuo[illegible] sanguine: ne permittas

me da-

me damnari quem ex nihilo creasti. O bone Iesu, ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua. O bone Iesu recognosce quod tuum est in me, & absterge quod alienum est à me. O bone Iesu, miserere mei dum tempus est miserendi, ne perdas me in tempore tremendi iudicij tui. O bone Iesu, si merui miser peccator de vera tua iustitia pœnam æternam pro peccatis meis grauissimis, adhuc appello confisus de tua iustitia vera ad tuam misericordiam ineffabilem. Vtique misereberis mei vt pius pater & misericors Dominus. O bone Iesu: Quæ enim vtilitas in sanguine meo, dum descendero in æternam corruptionē? Non enim mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descen-

dunt

dunt in infernum. O misericordissime Iesu, miserere mei. O dulcissime Iesu, libera me. O piissime Iesu, propitius esto mihi peccatori. O Iesu, Iesu, Iesu, admitte me intrare in numerum electorum tuorum. O Iesu solatium ad te confugientiũ. O Iesu salus in te sperantium. O Iesu spes in te credentium, miserere mei. O Iesu dulcis remissio omnium peccatorum meorum. O Iesu fili virginis Mariæ, infunde in me gratiam, sapientiam, charitatem, castitatem, & humilitatem, ac etiam in omnibus aduersitatibus meis patientiam sanctam: vt possim te perfecte diligere & in te gloriari ac delectari in sęcula sæculorum,

Amen.

Orationes de Nomine IESV.

O Clementissime Domine IESV Christe, miserere mei & omnium, conuerte ad te miseros peccatores, ne pereant. Reuoca Hæreticos atque Schismaticos. Illumina infideles te ignorantes, Benedic his, qui me vnquam iniuria aut molestia aliqua affecerunt. Adesto omnibus, qui in necessitate & tribulatione aliqua constituti sunt. Adesto fidelibus viuis & defunctis, qui se precibus meis commendauerunt, vel commendati esse cupiunt. Adesto parentibus, propinquis & benefactoribus meis. Adesto omnibus, pro quibus; ego orare debeo & tu rogari vis. Adesto huic Ciuitati N. (vel) congregationi. Concede vt sit hic humilitas, pax, concordia, charitas, continentia & puritas. Concede, vt omnes dignè emendemus atque corrigamus nos, & timeamus te, seruiamus tibi fideliter

& diligamus te, & placeamus tibi, Visita corda omnium nostrum: da nobis spiritum bonum, & gratiam tuam salutarem. Commendo tibi cuncta negotia spiritualia & temporalia, omnesque necessitates nostras. Dispone & ordina omnia secundum beneplacitum tuum. Præsta mihi, vt quicquid tu vis, hoc velim & ego. Ipsa gratissima voluntas tua, sit semper summa consolatio mea, Amen.

II. *Precatio ad Iesum.*

DEle Domine IESV omnia peccata mea, pretioso sanguine tuo. Restitue mihi innocentiam, quam in baptismo contulisti; quia nihil est tibi impossibile, & misericors es valdè; propter bonitatem tuam largire mihi spiritum bonum. Effice me verè humilem, & resignatum, & patientem, & tranquillum, & continentem, & sobrium, & feruentem & discretum: effice me hominem secundùm cor tuum. Da mihi te diligere; amoris

vicem reddere, ardenter te requirere, & tibi soli viuere. O vtinam, vtinam nunquam te offendissem, vtinam post hac in omni virtute & sanctitate tibi placerem, iuxta voluntatē tuā. Commendo fidelissimæ pietati tuæ progressum & finem vitæ meæ. Benedic mihi in nouissimis meis, & præsta vt in sancta confidentia, in sancta gratia atque amicitia tua vitam hanc finiam. Benigne me tunc suscipe in misericordia & bonitatē tua. Peto Domine ad laudem nominis tui, vt anima mea tota munda hinc exeat, & ad vitam æternam perueniat, Amen.

III. *Precatio ad Mariam Virginem.*

O Clementissima Virgo Maria mater Dei, miserere mei peccatoris miserrimi. Multæ & graues sunt iniquitates meæ: sed tu Domina responde pro me propter dulcissimā pietatē tuam. Remoue à me omne salutis impedimentum. Impetra mihi veram puritatem & innocentiam, & spiritū

bonum. Impetra sanctam humilitatẽ, & patientiam, & charitatem, & continentiam, & sobrietatem & confidentiam. Adesto mihi nunc & in hora mortis meæ. Ipsum obitum meum attentiùs tibi commendo. Benignè me tunc consolare, conforta & protege. Effice tuis meritis, vt anima mea tota munda hinc exeat, & ad vitam æternam perueniat, Amen.

Dulcia verba ad IESVM, frequenter ruminanda.

O Christe IESV, tu mihi præsens es miserere mei. O pie, ô clemens, ô benigne Redemptor. O spes mea, refugium meum, salus mea vnica. O bone IESV, dilecte mi, charissime mi. O amor meus, dulcedo cordis mei, vita animæ meæ. O serena lux mea, vernans gaudium meum, pax mea suauis. O diuitiæ meæ, verum bonum meum, sufficientia mea. O paradise deliciarum, Deus meus, intende mihi. Peto veniam, peto

spiri-

spiritum bonũ, peto gratiam. Emunda, sana, sanctifica me. Doce, illumina, dirige me. Adiuua protege, & salua me. Da, vt diligam te toto corde, tota anima, tota virtute. Laus tibi Dòmine, laus tibi honor, & gloria perennis, Amen.

Similia verba ad Mariam Virginem.

O Maria dulcis mediatrix, miserere mei. O pia, ô clemens, ô benigna mater. O spes mea, refugium meum, consolatrix mea. O Virgo suauis, gratiosa, amabilis. O fœmina formosa, Præcellens, sanctissima. O genitrix Dei, regina cæli, gaudium Angelorum. O sidus rutillans, lilium cãdens, rosa venusta. O paradise voluptatis, charissima mea, intende mihi. Peto veniam, peto spiritum bonum, peto gratiam, Doce, illumina, dirige me. Adiuua, protege, salua me. Dele culpas, ô Maria placa natum prece pia: quia per te patet via ad æterna gaudia. Laus tibi Domina, laus tibi, honor & gloria perennis. A.

Ora-

Oratio ad Sanctißimam Trinitatem vnum Deum.

MIserere mihi miserimo peccatori N. misericors Trinitas sancta, & dimitte vniuersa peccata & delicta mea, quæ comisi coram sanctis Angelis tuis in conspectu tuo: Per merita & intercessiones omnium sanctorum tuorum, libera me clementissima Trinitas ab omni malo, præterito & futuro, de morte ad vitam, de tenebris ad lucem, de inferno ad paradisum, de ignorantia ad scientiam, de peccatis ad veram pœnitentiam: de omnibus vicijs ad perfectas virtutes, de cunctis insidijs omnium inimicorum, ad medicinam cœlestem & diuinam protectionem, per inuocationem trini Nominis tui, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quia, qui fideliter nomen tuum inuocauerit, saluus erit. Peto Domine, vt omnes sancti spiritus Angeli, Archangeli, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubim, Seraphim,

Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, & omnes sancti: qui nos præcesserunt ab Adam vsque hodie, orent pro nobis. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Aue Maria.

Oratio in afflictione.

O Dulcissime Domine Iesu Christe, verus Deus, qui de sinu summi Patris omnipotentis missus es in mundum peccata relaxare, afflictos redimere, in carcere positos soluere, dispersos congregare, peregrinos in suam patriam reducere, dolentes & lugentes consolari: dignare Domine IESV Christe absoluere, & liberare me famulum tuum N. de afflictione & tribulatione, in qua positus sum. Et tu Domine, qui genus humanum in quantum homo, à Deo Patre omnipotente in custodiam recepisti: & ex pietate tua, crudeli passione, no

bis paradisum pretioso sanguine mirabiliter mercatus es: inter Angelos, & homines pacem fecisti: Tu Domine IESV Christe digneris inter me & inimicos meos stabilire, & confirmare concordiam, & pacem, & gratiam tuam super me ostendere: & infundere misericordiam tuam, & omne odium, & iracundiam inimicorum meorum, quod contra me habent, digneris extinguere, & mitigare: sicut iracundiam & odium Esau abstulisti, quod habebat aduersus Iacob fratrem suum: Ita Domine Iesu Christe super me famulum tuum N, brachium tuum & gratiam tuam extendere, & me liberare digneris ab omnibus me odientibus. Et tu Domine Iesu Christe sicut liberasti Abraham de manibus Chaldæorum, & filium eius Isaac de immolatione sacrificij cum arietate, & Iacob de manu Esau fratris sui, & Ioseph de manu fratrum suorum, Noë per arcam diluuij, & Loth de ciuitate Sodomorum: famu-

los tuos Moysen, & Aaron, & populum Israelem de manu Pharaonis, & de seruitute Ægipti: Dauid regem de manu Saulis, & Goliæ gigantis: Susannam de falso crimine & testimonio; Iudith de manu Holofernis: Danielem de lacu leonum; tres pueros, Sidrach, Misach, & Abdenago de camino ignis ardentis: Ionam de ventre cæti; Et filiam Chananeæ, quæ erat tormentata per Diabolum: & Adam de profundo puteo inferni, preciosissimo sanguine tuo, & Petrũ de mari; & Paulum de vinculis: ita me famulum tuum N. dulcissime Domine Iesu Christe Fili Dei viui, liberare digneris de omnibus inimicis meis, & succurrere in adiutorium me. sum per sancta beneficia tua, per sanctam incarnationem tuam, quam accepisti, vt homo, de Virgine Maria, per sanctam natiuitatem tuam, per famem, per sitim, per frigus, per calores, per labores & afflictiones, per sputa, per alapas, per flagella, per

clauos, per lanceam, per spineam coronam, per potationem fellis & aceti, per sæuissimam mortẽ crucis, per septẽ verba, quę pendens in cruce dixisti scilicet Deo Patri omnipotenti: Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Dixisti Domine latroni in cruce pendenti: Amen Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Dixisti Domine Patri tuo: Heli, Heli, lamazabathani, quod est interpretatũ: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Dixisti Domine matri tuæ: Mulier, ecce filius tuus; Deinde discipulo: Ecce mater tua, ostendens curam habere tuorum amicorũ. Dixisti Domine: Sitio, scilicet salutem animarum sanctarum, quæ in limbo fuerunt, & nostram cupiendo. Dixisti Domine Patri tuo: In manus tuas commendo spiritum meum. Dixisti Domine: Consummatum est, significans labores, & dolores, quos pro nobis miseris suscepisti, iam finiri. Propter hos etiam rogo te, redem-

ptor Dñe Iesu Christe, vt me famulũ tuum N. custodias ab hoste maligno, & ab omni periculo hic in præsenti & in futuro. Defende me per descensionem tuam ad inferos, per sanctam resurrectionem tuã, & frequentem discipulorum tuorum consolationem, per admirabilem ascensionem tuã, per aduentum Spiritus S. Paracliti, per diem tremẽdi Iudicij, per hæc omnia exaudi me Domine, & per cuncta beneficia tua, & etiam pro cunctis beneficijs tuis mihi famulo tuo collatis: quia tu me fecisti ex nihilo, tu produxisti me, tu ad fidem sanctam tuam perduxisti me, & contra diaboli tentationem me præmunisti, vitam æternam promitendo. Propter ista, & alia omnia, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, rogo te dulcissime Dñe Iesu Christe, vt ab omnibus periculis animæ & corporis, pro tua pietate & misericordia, me famulum tuum N. nunc & semper liberare digneris:

Et post huius vitæ cursum, ad te Deum viuum & verum me perducere digneris. Qui viuis & regnas Deus, in sæcula sæculorum,

AMEN.

Psalmus in tribulatione.

QVI habitat in adiutorio altissimi: in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicet Domino susceptor meus es tu: & refugium meum. Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium; & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi; & sub pennis eius sperabis.

Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

A sagitta volante in die, à negocio perambulante in tenebris: ab incursu, & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis considerabis & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis Deus mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

In manibns portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem, & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem.

Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutarem meum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

ORATIO.

DEvs qui contritorum non despicis gemitũ, & mœrentium non sper nis affectum, adesto precibus nostris, quas tibi pro tribulatione nostra ef fundimus, easq; clementer exaudi: vt quicquid contra nos diabolicæ, atque humanæ moliuntur aduersitates, ad nihilum redigatur: & consilio tuæ pietatis allidatur: quatenus nullis ad uersitatibus læsi, sed de omni tribulatione, & angustia erepti, in ecclesia tua tibi gratias referamus. Dimitte Domine peccata nostra, & tribue nobis misericordiam tuam, quam pre camur: vt humilitatem nostram attendas, vincula soluas, delicta deleas, tribulationem inspicias, aduersitatem repellas, effectumque petitionis nostræ largiens supplices tuos clementer exaudias. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

LITANIA
DE SACRATISSIMO AC præciosissimo Sanguine CHRISTI.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus.
Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus,
Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus,
Miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus,
Miserere nobis.
Iesu Saluator mundi,

Miserere nobis.
Iesu Crucifixe,
Miserere nobis.
Iesu sponse sanguinum,
Miserere nobis.
Sanguis Christi dulcissime,
inebria nos.
Sanguis noui & veteris testamenti, sanctifica nos.
Sanguis spes nostra,
Corrobora nos.
Sanguis amoris inflamatio,
accende nos.
Sanguis animarum lauacrũ,
laua nos.
Sanguis piscina languentiũ,
sana nos.

Sanguis fons charitatis,
irriga nos.
Sanguis super niuem dealbans, dealba nos.
Sanguis inquinatos sanctificans, purifica nos.
Sanguis dura corda mollificans, conuerte nos.
Sanguis ablutio scelerum,
emunda nos.
Sanguis sine quo non fit remissio, absolue nos.
Sanguis misericordiæ pelag⁹
absorbe nos.
Sanguis cæcos illuminans,
illumina nos.
Sanguis mortuos viuificans,

viuifica nos.
Sanguis mundi medicina, foue nos.
Sanguis diuini furoris placatio, reconcilia nos.
Sanguis peccatorum refugium, suscipe nos.
Sanguis pretium redemptionis, redime nos.
Sanguis saluandorum signaculum, consigna nos.
Sanguis æternæ vitę pignus, adorna nos.
Sanguis Deo subiciens omnia, possìde nos.
Sanguis Angelorum admiratio, excita nos.

San-

Sanguis Archangelorum gaudium, lætifica nos.
Sanguis Cherubim incendium, inflama nos.
Sanguis Seraphim iubilatio, exhilara nos.
Sanguis Patriarcharum expectatio, consolare nos.
Sanguis Prophetarum oraculum, prædestina nos.
Sanguis Apostolorum virt⁹. conforta nos.
Sanguis Martyrũ fortitudo adiuua nos.
Sanguis Confessorum potu refice nos
Sanguis Religiosorum con-

dimen-

dimentum, refocilla nos.
Sanguis Virginum dulcedo, recrea nos.
Sanguis Viduarum tutella, defende nos.
Sanguis omnium sanctorum glorificatio, glorifica nos.
Sanguis victoria nostra, corona nos.
Propitius esto,
Parce nobis Domine.
Propitius esto,
Exaudi nos Domine.
Ab omni malo,
Libera nos Domine.
A viro sanguinum & doloso,
Libera nos Domine.

A communicatione carnis & corporis.
A colluctatione aduersus carnem & sanguinem.
Per sanguinem tuum pretiosum in circumcisione effusum.
Per sanguineum sudorem tuum.
Per sanguinem quem flagellatus effudisti.
Per sanguinem quem spinæ tibi expunxerunt,

Libera nos Domine.

Per sanguinem quem claui sparserunt, Libera.
Per sanguinem quem lancea perfudit, Libera nos.

Peccatores.
Vt prope fiant in sanguine tuo, qui longè sunt.
Vt sanguis tuus visceribus nostris semper inhæreat.
Vt lauentur stollæ nostræ in sanguine tuo.
Vt per te regatur Ecclesia tua, sanguine tuo acquisita.
Vt per sanguinem tuum mereamur resistere vsque ad sanguinem.
Vt sanguis tuus nos inebriet.
Vt per sanguinem tuum liberemur de sanguinibus.

Te rogamus audi nos.

Vt sanguis tuus mundet conscientias nostras.
Vt sanguis tuus corda nostra viuificet.

Te rogamus audi nos.

Fili DEI,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Miserere nobis.
Christe audi nos.

Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater no.
℣. Subueni Domine famulis tuis:
℟. Quos precioso sanguine redemisti.

ORATIO.

SAnguis tuus Domine Iesu Christe pro nobis effusus, sit mihi in remissionem omnium peccatorum meorum, negligentiarum & ignorantiarum mearum in robur: in augmentum, & in conseruationem fidei: spei & charitatis, gratiarum & virtutum, in cautelam vitæ, & adoptionem gloriæ æternæ, in absolutionem animarum patris & matris meæ, & omnium pro quibus orare teneor, AMEN.

Oratio Manassæ Regis Iuda.

DOmine omnipotens, Deus patrum nostrorum Abraham, & Isaac & Iacob, & seminis eorum iusti, qui fecisti cælum & terram cum omni ornatu eorum, qui ligasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & signasti eam terribili & laudabili nomine tuo: quem omnia pauent & tremunt à vultu virtutis tuæ: quæ importabilis est magnificentia gloriæ tuæ & insustentabilis ira comminationis tuæ super peccatores, immensa verò & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es Dominus altissimus, benignus, longanimis & multum misericors & pœnitens super malitias hominum.

Tu Domine secundum multitudinem bonitatis tuæ promisisti pœnitentiam, & remissionem ijs qui peccauerunt tibi, & multitudine miserationum tuarum decreuisti pœnitentiam peccatoribus, in salutem. Tu igitur Domine Deus iustorum, non posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, & Isaac, & Iacob, ijs qui tibi non peccauerunt: sed posuisti pœnitentiam propter me peccatorem: quoniam peccaui, super numerum arenæ maris, multiplicatæ sunt iniquitates meæ, & non sum dignus intueri & aspicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum: incuruatus sum multo vinculo fereo, vt non possim attollere caput meum, & non est respiratio mihi: quia excitaui iracundiam tuam, & malum

coram te feci: non feci voluntatem tuam, & mandata tua non custodiui, statui abominationes, & multiplicaui offensiones. Et nunc flecto genu cordis mei, precans à te bonitatem. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnosco. Quare peto rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi: & ne simul perdas me, cum iniquitatibus meis, neque in æternum iratus, reserues mala mihi, neq; damnes me in infima terræ loca: quia tu es Deus, Deus inquam pœnitentium: & in me ostendes omnem bonitatem tuam, quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cælorũ, & tibi est gloria in sæcula sæculorũ, Am̃.

ORATIO DAVID.

DOmine Deus Israel qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus omnium regum terræ: tu fecisti cœlum & terram. Inclina aurem tuam & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide tribulationem nostrã, & confessionem meam. Et attende Domine, quia omnes vt oues errauimus: omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terrã, quæ non reuertentur. Tu Domine considera & ne permittas me perire: quia clemens & misericors es, & non vis perire animam, sed retractas, cogitans ne penitus pereat qui abiectus est. Peccaui valde in hoc facto, sed precor Dñe vt transferas iniquitatem serui tui, quia stulte egi. Coarctor nimis: sed melius est vt incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ eius sunt) quam in manus hominis: Ego sum qui peccaui, & ego inique egi: isti qui oues sũt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum

patris mei. Ne reputes mihi Domine tui iniquitatem, neq; memineris iniuriarum serui tui, nec ponas Domine in corde tuo mala mea. Agnosco enim seruus tuus peccatũ meum. Sed propitius esto mihi, & saluum fac populum tuum de manu inimicorum, vt sciant omnes quia tu es Deus solus liberator noster, Amen.

ORATIO IVDITH.

LAudate Dominum Deum nostrũ, qui non deseruit sperantes in se: & in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam, quam promisit domui Israel: & interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte. Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem & ibi commorantem, & inde huc reuertentẽ: & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine polutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasione mea, & in liberatione vestra. Confitemini illi omnes, quoniam bo-

nus, quoniam in sæculum misericordia eius.

Precatio pro auctore libri.

DEus qui iustificas impium, & non vis mortem peccatorum; Maiestatem tuã suppliciter deprecor, vt famulum tuum N. de tua misericordia confidentem, cælesti protegas benignus auxilio, & assidua protectione conserues: vt tibi iugiter famuletur, & nullis tentationibus à te separetur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Laus DEO.

CORONA BEATÆ ET IMMACVLATÆ VIRGINIS MARIÆ.

Cum Orationibus & Meditationibus, secundùm normam F. Minorum S. Francisci de obseruantia.



M. DC. IX.







INVOCATIO S. SPIRITVS.

VENI sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignẽ accende, qui per diuersitatem linguarum cunctarum, gentes in vnitate fidei congregasti.

℣. Emitte Spiritum tuum & creabuntur:
℟. Et renouabis faciem terræ.

ORATIO.

DEVS, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis quæsumus in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrũ Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, Per omnia sæcula sæculorum, Amen.

PRÆPARATIO CORDIS, ante Orationem Coronæ B.M.V.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

DOmine Iesu Christe, dignare me indignum peccatorem, Matri tuæ debitam reuerentiam exhibere. Et tu amantissima Domina, impetra mihi à dilecto Filio tuo, vt sim semper deditus tuæ seruituti, & tibi omni tempore vitæ meæ, dignas laudes pro mente pura & corpore promere valeam. Saluto te gloriosissima Dei genitrix virgo Maria, cœlorum Regina, Angelorum Domina, ea salutatione, qua te salutauit Archangelus Gabriel: Aue MARIA, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS. Humiliterq; ac deuotè supplico tibi, ô gloriosa Domina, vt ab eodem dilecto Filio tuo Domino IESV Christo, impetres mihi seruulo tuo, licèt indigno & peccatori, vt in hac hora infundat

in me gratiam Spiritus sancti, qua purgatus ab omnibus peccatis meis, & segregatus ab omnibus nociuis & prauis cogitationibus, delectationibus & tentationibus, Coronam tibi dedicatam, ad laudem & gloriam eiusdem dilectissimi Filij tui, ad honorem tuum, omniumq; supernorum ciuium exultationem, nec non ad salutem animæ meæ, & fidelium omnium tàm viuorum quàm defunctorum promere valeam tranquilla mente & in statu gratiæ.

Gratiarum actio pro beneficio Creationis.

GRatias tibi ago Domine Deus, Pater omnipotens, Rex cœlestis, qui me indignum famulum tuum, ad imaginem & similitudinem tuam creare dignatus es: & vnicum cordis tui Filium, in mundum pro salute nostra misisti: pro quo tibi sit laus, honor, decus & gloria, in sæcula sæculorum, Amen.

Pater noster. Aue Maria.

Gratiarum actio pro beneficio Redemptionis.

GRatias tibi ago Domine Iesu Christe, Fili Dei viui, qui me indignum peccatorem tuo sanguine pretiosissimo redemisti, & tuum corpus ac sanguinem nobis in cibum & potum reliquisti: pro quo sit tibi laus, honor, decus & gloria, in sæcula sæculorum, Amen.

Pater noster. Aue Maria.

Gratiarum actio pro beneficio illuminationis, & ad S. Religionem vocationis.

GRatias tibi ago Domine Spiritus sancte Deus, qui me indignũ peccatorem ad fidem sanctam, insuper ad sacram religionẽ vocare dignatus es, & me à multis periculis animæ & corporis, & hactenus ab æterna damnatione per multa defluentem vitia præseruasti: pro quo tibi sit laus, honor, decus & gloria, in sæcula sæculorum, Amen.

Pater noster. Aue Maria.

Et sciendum, quòd hæc tria Aue Maria, pertineant ad Coronam, vt suppleatur numerus qui debet esse 72. Aue Maria, & vnũ Aue pro summo Pontifice. Pater noster verò continet hæc Corona 8. qua recitata toties quoties, consequitur Plen: Indulg: concessam à Iulio II. & Leone X.

ORATIO.

DOmine IESV Christe, ecce ego tametsi indignus peccator, præcordiali affectu & mente deuota qua possum, humiliter & gratanter recolo omnia beneficia, mihi à te collata, specialiter creationis meæ nobilissimæ, redemptionis misericordissimæ, per tuam ignominiosissimam mortẽ crucis, & vocationis meæ benignissimæ ad sacram fidem Catholicam, insuper ad hanc sacram religionem, in qua mihi miserrimo peccatori digneris omnipotens Deus, dare remissionem omnium peccatorum meorum, verã vitæ meæ emendationem, abundantiam omnium bonorum spiritualium, mandatorum tuorum & votorum me-

orum obseruantiam, vitam honestam, cogitationes sanctas, fidem firmam, spem rectam, charitatem perfectam, patientiam & humilitatem, continentiam ac simplicitatem, desideria cœli, & in tentationibus victoriam, cum finali perseuerentia vsq; in finem vitæ meæ, Amen.

SEQVITVR CORONA B. MARIÆ VIRGINIS, *cum Orationibus & Meditationibus.*

GRatias tibi ago Domine Iesu Christe, pro tua sanctissima Circumcisione: & precor te, circumcide in me omnem nociuam cogitationem, delectationem & tentationem, &c.

Pater noster.

IESVS Christus pro nobis circumcisus, quem tu sanctissima virgo Maria, Gabriele Archangelo nunciante, de Spiritu sancto concepisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod

tūc habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cœlis, quo omnes sanctos excellis sublimitate, intercedere digneris pro me miserrimo peccatore, ad eundem dilectissimum Filium tuum, vt per sanguinem suum pretiosissimum, quem effudit in sua sanctissima circumcisione, & per merita & intercessionem omnium sanctorum Archangelorum & Angelorum, & præcipuè per intercessionem S. Michaelis, & S. Angeli custodis & patroni mei, dignetur me tuus dilectissimus Filius purgare ab omnibus peccatis meis, & præcipuè à peccato superbiæ: adornare virtute humilitatis, confirmare dono Spiritus sancti, timoris. Insuper ora sanctissima virgo Maria, dignetur tuus dilectissimus Filius, misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus in sacris ordinibus existentibus, & præcipuè Pontifici sumō Romano, cum omni clero sibi comisso, & Antistiti nostro.

GAude virgo mater Christi, Quæ per aurem concepisti, Gabriele nuncio.

Decem Aue Maria.



Antiphona.

Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam, nescio: quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

℣. Angelus Domini nunciauit Mariæ.
℟. Et concepit de Spiritu sancto.

OREMVS.

DEvs qui de Beatæ Mariæ virginis vtero, Verbum tuum Angelo nuntiante carnem suscipere voluisti: præsta quæsumus supplicibus tuis, vt qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Dominum nostrum, &c.

GRatias tibi ago Domine Iesu Christe, pro tua sanctissima in horto desudatione: & precor te, da mihi in recordatione passionis tuæ, vberem lachrymarum fontem & effusionem.

Pater noster, & Aue Maria.

IEsvs Christus pro nobis in horto esudatus, quem tu sanctissima virgo Maria in vtero tuo portans, Elisabeth cognatam tuam visitasti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tūc habuisti in terris, & per hóc quod nunc habes in cœlis, quo omnes san-

ctos excellis claritate, intercedere digneris pro me miserrimo peccatore ad tuum dilectissimum Filium, vt per sanguinem suum pretiosissimum, quē effudit in sua sanctissima in horto desudatione, & per merita & intercessionem omnium sanctorum Patriarcharum & Prophetarum, & præcipuè per intercessionem S. Ioannis Baptistæ, dignetur me tuus idem dilectissimus Filius purgare à peccatis omnibus, & præcipuè à peccato inuidiæ, adornare charitate, confirmare dono Spiritus sancti, pietatis. Insuper ora sanctissima virgo Maria, dignetur tuus dilectissimus Filius misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus religiosis, & præcipuè ordinis nostri Seraphici, maximè vero Prouinciæ nostræ, & omnibus Prælatis in ordine nostro constitutis.

Gaude quia visitasti Elisabeth cum Filio, cordis cum desiderio, cui gratis seruiuisti, Magnificat decantasti, gaudens cum tripudio.

Decem Aue Maria.

Antiphona.

Beata es virgo MARIA, quæ Dominum portasti, creatorem mundi genuisti, qui te fecit, & in æternum permanes virgo.

℣. Dignare me laudare te virgo sacrata:

℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

OREMVS.

Devs, qui virginalem aulam beatæ Mariæ virginis in qua habitares, eligere dignatus es: da quæsumus, vt sua nos defensione munitos, iucundos faciat suę interesse commemorationi. Qui viuis & regnas, &c.

Gratias tibi ago Domine IESV Christe, pro tua sanctissima flagellatione, & precor te, da mihi in præsenti vita pro peccatis meis paternam correctionem.

Pater noster. Aue Maria.

IESVS Christus pro nobis flagellatus, quem tu sanctissima virgo Maria absq; omni dolore peperisti. Rogo



te per illud ineffabile gaudium, quod tũc habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cœlis, quo omnes sanctos excellis voluntate, intercedere digneris pro me miserrimo peccatore ad eundem dilectissimum Filium tuum: vt per sanguinem suum preciosissimum, quem effudit in sua sacratissima flagellatione, & per merita & intercessiones omnium sanctorum Apostolorum & Euangelistarum, & præcipuè per intercessionem Petri Apostoli, dignetur me purgare ab omnibus peccatis meis, & præcipuè à peccato iræ: adornare virtute patientiæ, confirmare dono Spiritus sancti, scientiæ. Insuper ora sanctissima virgo Maria, dignetur idem dilectissimus Filius tuus, misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & meis parentibus, fratribus, sororibus, omnibusq; mihi in consanguinitate & familiaritate adstrictis, & omnibus, qui mihi vel nobis propter nomen tuum bene fecerunt, & qui mihi recommendati sunt, quos etiam conturbaui, grauaui, scandalizaui, verbis, factis, scienter, ignoranter, siue in carne adhuc viuant, siue iam sęculo defuncti sunt; omnes obsecro auxilium gratiæ Filij tui, opem eius consolationis, protectionem à periculis, libera-

tionem à pœnis aduenire nobis sentiamus; vt ab omnibus malis erepti, gratias magnificas semper dulcissimo Filio tuo læti persoluamus, Amen.

GAude quia Deo plena, peperisti sine pœna, cum pudoris lilio,

Decem Aue Maria.



FOElix namq; es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima, quia ex

te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu, sentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam sanctam commemorationem.

℣. Post partum virgo inuiolata permansisti:

℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

OREMVS.

DEvs, qui salutis æternę, beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti; præsta quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. Qui tecum viuit & regnat, &c.

GRatias tibi ago Domine IESV Christe, pro tua sanctissima spinis coronatione: & precor te, imprime cordi meo sedulam, lachrymosam ac deuotam tuæ passionis recordationem.

Pater noster. Aue Maria.

IESVS Christus pro nobis spinis coronatus, quem tu sanctissima virgo Maria à tribus Regibus adorari vidisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cœlis, quo omnes sanctos excellis dignitate, intercedere digneris pro me miserrimo peccatore, ad eundem dilectissimum Filium tuum, vt per sanguinẽ suum pretiosissimum, quem effudit in sua sanctissima spinis coronatione, & per merita omniũ sanctorum Martyrum, & præcipuè per intercessionem S. Adalberti, dignetur me purgare ab omnibus peccatis meis, & præcipuè à peccato auaritiæ: adornare virtute paupertatis, & totius mundi contemptu, confirmare dono Spiritus sancti, consilij. Insuper ora sanctissima virgo Maria, dignetur tuus dilectissimus Filius misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus Regibus & Principibus

Christi-

Christianis, & præcipuè Regi nostro Poloniæ, cum omni populo sibi commisso.

GAude quia dona ferunt Reges nato, quem adorant in materno gremio.

Decem Aue Maria.



Antiphona.

Christi virgo dilectissima, virtutum

opera-

operatrix inclyta, opem fer miseris, subueni Domina clamantibus ad te iugiter.

℣. Reges Tharsis & Insulæ munera offerunt:

℟. Reges Arabum & Sabba dona adducunt.

OREMVS.

COncede misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium: vt qui sanctæ Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Dominum, &c.

GRATIAS tibi ago Domine Iesu Christe, pro tua ignominiosa crucis baiulatione, & dolorosa ante crucem despoliatione: & precor te, da mihi pro peccatis meis veram cordis contritionem, puram & lachrymosam oris confessionem, dignam satisfactionem, veramque ex omnibus emendationem.

Pater

Pater noster, Aue Maria.

IESVS Christus pro nobis crucem ignominiosè baiulando, crudeliter vestibus est despoliatus, quem tu



sanctissima virgo Maria quadragesimo die in templo præsentasti, & ipsius anno duodecimo, eum perditum post triduum in templo, in medio Doctorū repetisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in ter

ris, &

ris, & per hoc quod nunc habes in cœlis, quo omnes sanctos excellis remuneratione, intercedere digneris pro me miserrimo peccatore ad eundem dilectissimum Filium tuũ, vt per suam ignominiosam crucis baiulationem, & per sanguinem suum pretiosissimum, quem effudit in sua dolorosa ante crucem despoliatione, & per merita quoq; & intercessiones omnium sanctorum Pontificum & Confessorum, & præcipuè per intercessionem S. Ludouici, dignetur me purgare ab omnibus peccatis meis, & præcipuè à peccato Acediæ: adornare virtute feruentis deuotionis, confirmare dono Spiritus sancti, fortitudinis. Insuper ora sanctissima virgo Maria, dignetur idem dilectissimus Filius tuus, misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus benefactoribus nostris quorum vtimur eleemosynis.

Gaude quòd est præsentatus,
Per te fœlix ille natus,
Legis

Legis testimonio.
Mæsta multùm quæsiuisti,
Et inter Doctores cum inuenisti,
Anno eius duodecimo.

Decem Aue Maria.

Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis, libera nos semper virgo gloriosa & benedicta.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

OREMVS.

Famulorum tuorũ, quæsumus Domine, delictis ignosce, vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis Filij tui Domini nostri intercessione saluemur. Per eundem Dominum nostrum Iesum, &c.

Gratias tibi ago Domine IESV Christe, pro tua sanctissima crucifixione, & pro tuis sanctissimis verbis, quæ pendens in cruce dixisti:
& pre-

& precor te, da mihi, quicquid omnibus meis membris, cogitationibus, locutionibus, operationibus ac negligentijs deliqui, plenam indulgentiam ac remissionem peccatorum.

Pater noster, Aue Maria.

IEsus Christus pro nobis crucifixus, quē tu sanctissima virgo Maria post triduū à mortuis resurgentem, & quadragesimo die ad cœlum ascendentē vidisti, & die Penthecostes Spiritum sanctum mittentem cognouisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in terris, & ꝑ hoc quod nunc habes in cœlis, quo omnes sanctos excellis ꝓpinquitate: intercedere digneris ꝑ me misero peccatore ad eundem dilectissimum Filium tuum, vt per sanguinem suum pretiosissimū, quem effudit in sua sanctissima & acerbissima crucifixione, & per merita & intercessiones omnium sanctorū Virginum, & præcipuè per intercessionem S. Catharinæ, S. Cæciliæ, S. Dorotheæ, S. Barbaræ, S. Claræ, digne-

tur me purgare ab omnibus peccatis meis, & præcipuè à peccato gulæ, adornare virtute temperantiæ, confirmare dono Spiritus sancti, intellectus. Insuper ora sanctissima virgo Maria, dignetur idem dilectissimus Filius tuus, misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus tribulatis, infirmis, tentatis, captiuis, & afflictis, & in quacunq; necessitate positis, omnibus peccatoribus vt conuertantur qui discesserunt à fide Catholica, & gentibus agnitionem veritatis dare dignetur, omnibus meis persecutoribus, & qui me calumnijs afficiunt, & quos mea malitia scandalizaui, & cunctis in Ecclesia Catholica congregatis, omnibus nobis misereri & propitius esse vnigenitus Dei ac tuus Filius Iesus Christus dignetur.

GAude quia tui nati,
Quem videbas mortem pati,
Fulget resurrectio.
Gaude Christo ascendente,
Qui in cœlum te vidente,

Motu fertur proprio.
Gaude quia Paracletus,
Missus fuit cœlitus,
In tuo collegio.

Decem Aue Maria.

Antiphona.

AVE Regina cœlorum,
Aue Domina Angelorum,
Salue radix sancta, ex qua mundo lux est orta. Gaude gloriosa, super omnes speciosa: Vale valde decorà, & pro nobis semper Christum exora.

℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix:
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMVS.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Tempore Paschali dicitur Antiphona, Regina cœli, *cum suo Versu & Oratione.*

GRatias tibi ago Domine Iesu Christe, pro tua sanctissima lateris apertione, & precor te, da cordi meo feruentem tui amorem & dilectionem.

Pater noster. Aue Maria.

IEsus Christus pro nobis lancea in latere transfixus, à quo tu sanctissima Virgo Maria, cum anima & corpore in cœlum assumpta fuisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in terris, & per hoc quod nũc habes in cœlis, quo omnes sanctos excellis securitate, intercedere digneris pro me misero peccatore, ad eundem dilectissimum Filium tuum, vt per sanguinem suum pretiosissimum, quem effudit in sua sanctissima lateris apertione, & per merita & intercessiones omnium sanctarum Mulierum ac Viduarum, & præcipuè per intercessionem S. Annæ, S. Helizabet, S. Heduigis, dignetur me purgare ab o-

mnibus peccatis meis, & præcipuè à peccato luxuriæ, adornare virtute castitatis, confirmare dono Spiritus S. sapientiæ. Insuper ora sanctissima virgo Maria, dignetur tuus idem dilectus Filius misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus defunctorum animabus, præcipuè meorum parentum, consanguineorum, fratrũ, sororum, familiarum, benefactorum, amicorum tam spiritualium quam carnalium, & omnibus fidelibus defunctis in purgatorio existentibus, requiem æternam donare dignetur.

Gaude quæ post ipsum scandis,
Et est tibi honor grandis,
In cœlesti solio.
Vbi fructus ventris tui,
Per te detur nobis frui,
In cœli palatio.

Decem Aue Maria.

Salue Regina, mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij Euæ. Ad te suspiramus gementes & flentes in

hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria.

℣. Exaltata es S. Dei genitrix:
℟. Super choros Angelorum ad cœlestia regna.

OREMVS.

Beatæ & gloriosæ, semperq; virginis Mariæ, quæsumus Domine, intercessio gloriosa nos protegat, & ad vitam perducat æternam. Per Dominum nostrum, &c.

Pater noster.

Recomendatio Coronæ.

Suscipere digneris, Domine sancte, Pater omnipotens, hanc Coronam, quam ego indignissimus famulus tuus, offero tibi in memoriã passionis & effusionis pretiosissimi sanguinis Domini nostri Iesu Christi. Suscipere digneris & in memoriam

ſeptem gaudiorum temporalium, & ſeptem æternorum glorioſiſsimæ genitricis eiuſdem Filij tui vnigeniti virginis Mariæ. Suſcipere, inquam, digneris Domine ſancte, Pater omnipotens, hanc Coronam, ad laudem & gloriam tui ſanctiſsimi nominis, ad honorem beatiſsimæ virginis Mariæ, & in ſpecialem honorem S. Michaelis Archangeli, & S. Angeli cuſtodis mei, S. Ioannis Baptiſtæ, S. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, S. Adalberti, S. Staniſlai, ſanctiſsimi Patris noſtri Franciſci, S. Catharinæ, S. Cæciliæ, S. Claræ, S. Annæ, patronorum meorum, atq; totius curiæ cœleſtis exultatione. Suſcipere digneris pro Eccleſia tua ſancta, & pro cuncto populo, quem acquiſiuiſti pretioſo ſanguine Filij tui, & pro me miſero peccatore, pro remiſsione peccatorum noſtrorum, pro expugnatione vitiorum, pro augmento virtutum, pro pace & ſanitate fidelium populorum, pro fructibus terræ, pro ſtabilitate Eccleſię, pro

ordine ſanctorum, pro conuerſione & reuocatione peccatorum, & pro omnibus meis peccatis, vitijs & negligẽtijs, & pro emendatione vitæ meæ. Inſuper ſuſcipere digneris pro omnibus fidelibus, tàm viuis quàm defunctis, pro quibus ſcis & vis me oraſſe: oro, vt mihi & illis proficiat ad ſalutem & vitam ſempiternam, Amen.

Ad beatiſsimam Virginem & ſanctos DEI.

OBſecro te etiam beatiſsima Dei genitrix V. Maria, & te beatiſsime Pater Franciſce, & vos SS. Bonauentura, & S. Bernardine, Patroni mei chariſsimi, omneſq; ſancti electi Dei, facite me exaudiri indignum peccatorem pro omnibus illis, pro quibus hanc orationem intentionaliter facio, vt Dominus Ieſus dignetur eis per meritum ſuæ paſsionis miſereri, mihi verò indigno peccatori velitis impetrare veniam peccatorum, vera

vitæ emendationem: insuper impetrare mihi gratiam, omnia mundana spernere, & in sola cruce Domini nostri delectari, vt benè moriens, tandē vos æternaliter valeam in cœlis videre, & Dominum Iesum Christū vobiscum laudare in sæcula sæculorum, AMEN.


Oratio ad Dominum Iesum Christum.

INsuper tibi gratias ago Domine Iesu Christe, pro omnibus laboribus, quos ꝑ me misero peccatore misericorditer sustinuisti, vt me à damnatione liberares. In ea charitate obsecro te Dñe Iesu Christe, Rex meus & Deus meus, vt sis mihi placabilis super multitudine peccatorum meorum & me miserum peccatorem confirmare digneris in hac religione sacra, ad quā me propemodum indignum, sed tuis miserationibus multis & magnis vocare dignatus es. Facias me quoq; proficere in omni adimpletione mandatorum tuorum & votorum meorum, videlicet Obedientiæ, Paupertatis, & sanctissimæ Castitatis, mentis & corporis: & auge in me virtutem fidei firmæ, spei rectæ, charitatis perfectæ, patientiæ, humilitatis, mansuetudinis, iustitiæ, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, atq; totius sanctitatis: liberare me quoq; digneris à lingua nefandissima, labijs dolosis, & leuitate oculus: omneq; desiderium meum in amore terreno & carnali extinguere digneris, & in tuo amore accendere, ac in deuota meditatione tuæ sanctissimæ passionis. Fac quoque Domine Iesu Christe, quatenus omne tempus à te mihi impensum fructuosè expendam: studium discendi & intellectum scripturæ, si tibi placet & expedit animæ meæ, mihi impartiri digneris, quatenus possim eo vt, ad laudem & gloriam tui sanctissimi nominis, animæ meæ salutem, & proximorum meorum ædificationem. Adiutoribus

quoque omnium Prædicatorum Christianæ veritatis, maximè in hac Prouincia & in hoc loco, Spiritus sancti gratiam infundere digneris, quæ corda eorum aperiat, & deuotè audire faciat, & cum mansuetudine suscipere insitum verbum. Quare super te conuenimus Spiritus sancte DEVS, qui es illuminator omnium viuentiũ & venientium in hunc mundum, digneris me illuminare cœcum in anima & corpore, quatenus possem boni aliquid operari in hac vinea pro gloria sanctissimi nominis tui, animæ meæ salute, & proximorum meorum ædificationem.

Tibi nos ô Maria commendamus,
Tu procura ne pereamus. Amen.

LAVS DEO.




Biblioteka Jagiellońska
stdr0008235

